

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**T. Livii Patavini Historicorum omnium Romanorum ... libri
omnes**

Livius, Titus

Francofurdi, 1648

Liber VIII

urn:nbn:de:bsz:31-105429

DECADIS PRIMÆ LIB. VIII
Epitome.

LArini cum Campanis desecrunt: & missi legati ad senatum conditionem tulerunt: ut, si pacem habeberet vellent: alterum en Latinis considerem facerem. Quis legatione perlata, prætor eorum Annus de Caniole ita prolap-
sus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium suum, quod contra editum pugnauerat aduersum Latinos, quamvis prospere pugnasset, securi percussit. Laborantib; in acie Ro-
manis, P. Decius cū Manlio deuouit se pro exercitu & conci-
tato equo cum in medios hostes se intulisset: interfectus, morte
sua Rom. victoriam restituit. Latinis in deditonem venerunt.
T. Manlio in urbem reuenerit, nemo ex iuuentute obuiam pro-
cebat. Minucia virgo Vestala incelsa damnata est. Aufontibus
victis, in oppidum Cales colonia deducta est. Item Fregella de-
ducta sunt. Veneficium complurium matronarum deprehen-
sum: quarum plurima statim eposi medicaminibus perie-
rant. Lex de veneficio tunc primum constituta est. Triuerni-
tibus, cum rebellaissent, vicit cunctas data est. Paleopolitanis
victi bello: & obstdio in deditonem venerunt. Q. Publio, qui
eos obfederat, primum imperium prolatum: & per consules ei
decretus triumphus. Plebs nexu liberata est: propter Lucii Pa-
pyri creditoris libidinem: qui C. Publio debitori suo stuprum
inferre voluerat. Cum L. Papirius dictator reuenerit, in ur-
bem ab exercitu effigi propera auxilia repetenda, Q. Fabius
magister equitum occasione rei belli gerenda iniustitus, contra
editum eius præliauit: qui prospere aduersus Samnitēs pu-
guauit: ob eam causam cum dictator de magistro equitum
supplicium sumptuarius vidiceretur: Fabius Romanum profugit: &
cum causa parum prospiceret: populi precibus do-
natus est. Res præterea contra Samnitēs
prospere gestas continet.

I A M

LIBER VIII.

497

A M Cosserant C. Plautius II. L. A. - V. C.
 milius Mamerinus, cum Setini Norba- 414-
 niq; Romam nuncii defectionis Pri-
 uernatum cum querimoniis accepte
 cladis venerūt. Volscorum item exer-
 citum duce Antati populo confidisse ad Saticum,
 allatum est. Vtrunque bellum Plautio sorte euenit.
 Prior ad Priuernum profectus, extemplo acie con-
 fixit. haud magno certamine deuicti hostes, oppi-
 dum captum, redditumque Priuernatibus, praefidio
 valido imposito: agri partes duæ ademptræ. Inde vi-
 etor exercitus Saticum contra Antates duxit. ibi
 magna vtrinq; cæde atrox prælium fuit, & cū tem-
 pestas eos neutrò inclinata spe dimicantes diremis-
 set: Romani nihil eo certamine tam ambiguo fessi,
 in posterū diem prælium parant. Volscis recensem-
 tibus quos viros in acie amisissent, haudquaquam
 idem animus ad iterandū periculum fuit. Nocte pro-
 victis Antium agmine trepido, sauciis, ac parte im-
 pedimentorum relicta, abierunt. Armorum magna
 vis tum inter cæsa corpora hostium, tum in castris
 inuenta est. ea Lux mati dare se Cosse dixit: finesq;
 hostium vsq; ad oram maritimam est depopulatus.
 Alteri consuli Aemilio ingresso Sabellum agrum,
 non castra Samnitum, non legiones vsquam oppo-
 sitæ, ferro ignique vastantem agros, legati Samni-
 tum pacem orantes adeunt, a quo reiecti ad sena-
 tum, potestate facta dicendi, positis ferocibus ani-
 mis, pacem sibi ab Romanis, bellique ius aduersus
 Sidicinos petierunt. Quæ se eo iustius petere, quod
 in amicitiam populi Romani secundis suis rebus, nō
 aduersis, vt Campani, venissent: & aduersus Sidici-
 nos sumerent arma, suos semper hostes, populi Ro-
 mani nunquam amicos: qui nec, vt Samnites, in

pace amicitiam: nec, ut Campani, auxilium in bello
 petissent: nec in fide populi Romani, nec in ditione
 essent. Cum de postulatis Samnitum. Titus Aemilius
 prætor senatum consuluisse, reddendumq; his
 fœdus patres censuerint, prætor Samnitibus respô-
 dit: Nec, quo minus perpetua cum eis amicitia esset,
 per pop. Rom. stetisse: nec contradicunt, quin quoniam
 ipsos belli culpa sua contracti tardum ceperit, ami-
 citia de integro reconcilietur. Quod ad Sidicinos at-
 tinet, nihil intercedi quo minus Samniti populo pa-
 cis belliq; liberum arbitrium sit. Fœdere isto cum
 domū reuertissent, exempla inde exercitus Romanus
 ductus, anno stipendio, & trium mensium frumento acceperit,
 quod pepigerat consul, ut tempus induciis dareret quoad legati redissent. Samnites co-
 piis iidem, quibus vs aduersus Romanum bellum
 fuerat, contra Sidicinos profecti, haud in dubia spe
 erant mature urbis hostium potiundæ. Tum ab Si-
 dicinis deditio prius ad Romanos copta fieri est: de-
 inde, postquam patres ut seram eam, ultimamq; tandem
 necessitate expressam aspernabantur, ad Latinos iam sua sponte in arma motos facta est. Ne Ca-
 panii quidem (adeo iniurię Samnitum, quam bene-
 dicti Romanorum memoria presentior erat) his se
 armis abstinuere. Ex his tot populis unus ingens ex-
 ercitus duce Latino fines Samnitium ingrelitus, plus
 populationibus quam præliis cladium fecit. & quā-
 quam superiores certaminibus Latini erant: haud
 inuiti, ne sèpius dimicandum foret, agro hostium
 excellere. Id spaciū Samnitibus datum est Romā
 legatos mittēdi, qui cum adiūcent senatum, cōque-
 sti eadem se fœderatos pati, quæ hostes essent passi,
 precibus infimis petiere, ut satis ducerent Romani
 victoriam quam Samnitibus ex Campano Sidicino-
 que ho-

que hodie emp
 lini populi in
 ditione populi in
 Samnitii agro fin
 esset. Ad eum
 fœdus pigebat in
 in ditione que ne
 autem aliam con
 fidit per dictionem
 passione relata.
 Latino nati sunt
 aut, probantur
 Sanctae, quidam
 latinitate Cam-
 paniam, etiam in
 consuefacta Itaque
 habili parvula cre-
 scit Campania in
 coquedam bellu-
 to, et bello Ca-
 mpaniæ induxit
 auctoritate Romani
 ut dicitur: tamen
 campaniæ bulgu-
 os eis Roman
 confundi, abduc-
 ar confabiles adue-
 tis religio in celo
 perum effet, co-
 rona duo interne-
 biles. Is cravat
 ill. P. Decimus
 a gemi in Italia
 amplius prima facie

que hoste eripuerint: ne vinci etiam se ab ignauis. *V.C.*
 simis populis sinerent. Latinos Campanosq; si sub
 ditione populi Rom. essent, pro imperio acerent
 Samniti agro: si imperium abnuerent, armis coer-
 cent. Aduersus haec respolum anceps datum, quia
 fateri pigebat in potestate sua Latinos iam non esse,
 timebantque ne arguendo abalienarent. Campa-
 norum aliam conditionem esse, qui non foedere,
 sed per deditonem in fidem venissent. Itaq; Cam-
 panos seu velint, seu nolint, quieturos in foedere
 Latino nihil esse, quod bellare cum quibus ipi ve-
 lint, prohibeantur. Quod responsum, sicut dubios
 Samnites, quidnam facturum Romanu censerent,
 dimisit: ita Campanos metu abalienauit: Latinos
 velut nihil iam non concedentibus Romanis, sevo-
 ciores fecit. Itaque per speciem aduersus Samnites
 belli parandi, crebra concilia indicentes omnib; co-
 sultationibus inter se principes occulte Romanum
 coquebant bellum. Huic quoque aduersus seruato-
 res suos bello Campanus aderat. Sed quanquam o-
 mnia de industria celabantur, priusque quam in o-
 mni tenet Romanii, tolli ab tergo Samnitum hostem
 volebat: tamen per quosdam priuatis hospitiis ne-
 cessitudinibusque coniunctos indicia coniuratio-
 nis eius Romanam emanavunt. iussisq; ante tempus
 consulibus. abdicare se magistratu, quo matruis no-
 ni confules aduersus tantam molem belli crea-
 tur: religio incessit, ab eis quorum imminentum im-
 perium esset, comitia haber. itaq; interregnū ini-
 tum. duo interreges fuerunt, M. Valerius, ac M. Fa-
 bius. Is creavit consules T. Manlium Torquatum *415.*
 II. P. Decium Murem. Eo anno Alexandrum Epi-
 xi regem in Italā clavis appulisse constat: quod bel-
 lum, si prima satis prospera fuissent, haud dubie ad
 us Campanos. *416.*

Romanos peruenisset. Eadem etas rerum magis Alexadri est, quem sorore huius ortu, in alio tractu orbis iniuctum bellis ituenum fortuna morbo extinxit. Ceterum Romani, & si defectio sociorum nominisq; Latini haud dubia erat, tamen tanquam de Samnitibus, non de se curam agerent, decem principes Latinorum Romanum euocauerunt, quib; imperearent que vellet. Praetores tum duos Latini habebat, L. Annius Sefinum, & L. Numicium Circeensem, ambos ex coloniis Romanis, per quos praeter Signiam Velitraisque, & iugis colopias Romanas, Volsci etiam exciti ad arma erant, eos nominatim euocari placuit. Haud cuiquam dubium erat, super qua re accidentur. Itaq; concilio prius habitu, praetores quā Romanum proficiserentur, euocatos ab senatu docent Romano, & quā actum iri secundum credant, quidnam ad ea responderi placeat, referūt. Cum aliud alii censerent, tum Annius: Quanquam ipse ego retuli quid responderi placet, tamen magis ad summā rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum sit. Fācile erit, explicatis constituis, accommodare rebus verba. Nam illi etiam nunc sub umbra foederis et qui ferunt ututem pati possumus, quid abest quin proditis Sidi dicinis, non Romanorum solum, sed Samnitium quoq; dicto parecamus: respondeamusq; Romanis, nos, vbi inuenient, posituros arma? Sin autem tandem libertatis desiderium remorder animos: si fodus est, si societas et aquatio juris est: si consanguineos nos Romanorum esse, quod olim pudebat, nunc gloriariri licet: si socialis illis exercitus est, quo adiuncto duplicit vires suas, quem secernere ab eis possit, lis propriis ponendis sumendi; q; nolint, cur non omniania et quantur? cur non alter ab Latinis consulatur?

Vbi

Vbi pars viriū, ibi & imperii pars est. Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplū, quippe concedentibus Romanum caput Latium esse, sed ut amplū videri posset, diurna patientia fecimus. Atqui si quando vñquam consociandi imperii, usurpande libertatis tempus optat, en hoc tempus adest, & virtute vestra, & deum benignitate vobis datū. Tentatis patientiam negando militem. Quis dubitat exarisse eos, cum plus ducentorum annorū morem soluere mus? Pertulerunt tamē hunc dolorem. Bellū nostro nomine cū Pelenis gesimus. Qui ne nostrorū quidem finiū per nos tuendorū ius antea dabant, nihil intercesserūt. Sidiçinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos desciisse, exercitus nos parare aduer suis Samnites foederatos suos audierunt: nec mouerunt se ab urbe. Vnde hac illis tanta modestia, nisi a conscientia viriū & nostrarū & suarum: idoneos autores habeo, querentibus de nobis Samnitibus, ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile appareat, ne ipsos quidem iam postulare ut Latium sub Romano imperio sit. Usurpate modo postulando eo, quod illi vobis taciti cōcedūt. Si quē hoc dicere metus prohibet, en ego ipse audiēte non populo Romano modo senatuq; sed Ioue ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me disturū, ut si nos in foedere associet esse velint, cōsulēm alterū ab nobis, senatusq; partem accipiāt. Hæc ferociter nō suadenti foliū, sed pollicenti, clamore & assensu omnes permiserunt, ut ageret diceretq; quę e repub. nominis Latinī, fideiq; sua viderentur. Vbi est Romā ventum, in Capitolio ei senatus datus est. Ibi cū T. Manlius Cofegisset cum eis ex auctoritate patrum, ne Samnitibus foederatis bellum inferrent: Annius, tanquam vīctor armis Capitolium cepisset, non legatus iure

gentium tutus loqueretur: Tempus erat, inquit, T.
 Manli, volq; patres conscripti, tandem iam vos no-
 biscum nihil pro imperio agere, cum florentissimum
 deum benignitate nunc Latium armis virisq; Sa-
 mnitibus bello vicit, Sidicinis Campanisque locis,
 nunc etiam Volscis adiunctis, videretis: colonias
 quoq; vestras Latinum Romano praevaluisse impe-
 rium. Sed quoniam vos regno impotenti finem vt
 imponatis, non inducitis in animum: nos quanquam
 armis possimus asterrere Latium in libertatem, co-
 sanguinitati tamen hoc dabimus, ut conditiones
 pacis feramus aquas vtrisq; , quoniam vires quoq;
 aequari diis immortalibus placuit. Consulem alte-
 rum Roma, alterum ex Latio creari oportet: sena-
 tus partem aequaliter ex vtracq; gente esse: unum po-
 pulum, unam rem publicam fieri. Et ut imperii eadem se-
 des sit, idemq; omnibus nomen: quoniam ab altera-
 utra parte concedi necesse est: quod vtrisq; bene-
 vertat, sit haec sane patria potior, & Romani omnes
 vocemur. Forte ita accidit, ut parem ferociae huius
 & Romani Cos. T. Manlium haberent: qui adeo
 non tenuit ira, ut si tanta dementia patres conscrip-
 tos cepisset, ut ab Setino homine leges aciperet,
 gladio cinctum in senatum venturum se esse palam
 diceret, & quemcunq; in caria Latinum vidisset,
 sua manu interempturum. & conuersus ad simula-
 crum Iouis: Audi Iupiter haec scelera, inquit, audite
 ius fasq; . Peregrinos Cos. & peregrinum senatum
 in tuo Iupiter augurato templo captus, atq; ipse op-
 pressus visurus es? Hecce foedera Tullius & Romanus
 rex cu Albanis patrib; vestris Latini, haec L. Tarqui-
 nius vobiscum postea fecit? Non venit in mentem pu-
 gna apud Regillum lacum? Adeo & cladii vestraru-
 m veterum, & beneficiorum nostrorum erga vos, ob-
 liti

v. f.
 309.

liti estis? Cum consulis vocem subsecuta, patrum
 indignatio esset, proditur memoria aduersus cre-
 bram implorationem deum, quos testes foederum
 saepius inuocabant consules, vocem Annii spernē-
 tis numina Iouis Romani auditam. certe cum cō-
 motus ira se ab vestibulo templi citato gradu prori-
 peret, lapſus per gradus, capite grauiter offenso,
 impactus imo ita est falso, ut sopiretur. Exanimatū
 auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoq; in
 incerto relictum sit: sicut inter foederum ruptorum
 testationem ingenti fragore coeli procellam effu-
 sam, nam & vera esse & apte ad repräsentandam
 iram deum sīcta posunt. Torquatus missus ab se-
 natu ad dimittendos legatos, cum iacentem Annium
 vidisset, exclamat ita ut populo patribusque audita
 vox pariter sit: Bene habet: dii pium mouere bellū.
 est coeleste numē, es magne Iupiter, haud frustra te
 patrem deū hominumque hac fede sacraimus.
 Quid cessatis Quirites, vosq; patres conscripti arma
 capere diis ducib; Sic stratas legiones Latinorum
 dabo, quemadmodum legatum iacentem videtis.
 At sensu populi excepta vox consulis, tantum ardo-
 ris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magi-
 stratum magis, qui iussu consulis prosequabantur,
 quam ius gentium ab ira impetuq; hominum tege-
 ret. Conferit & senatus bellum: confulesq; duobus
 scriptis exercitibus per Marlos Pelignosq; pro-
 fecti, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuantum,
 quo iam Latini sociiq; conuerterant, castra locant.
 Ibi in quiete vtrique consuli eadē dicitur visa speci-
 es viri maioris, quam pro humano habitu, augustio-
 risque, dicentis: Ex una acie imperatorem, ex alte-
 ra exercitum diis Manibus matrique Terra deberi.
 Vtius exercitus imperator legiones hostiā, superq;

eas se deuouisset, eius populi partisq; victoriā fore.
 Hos vbi nocturnos viſus inter se consules contule-
 runt, placuit auerruncandæ deūm iræ vičtīmas cē-
 di: simul vt si extis eadem quæ ſomno viſa fuerant,
 portenderentur, alteruter cōſulūm fata impleret.
 Vbi reſponſa aruſpicum iſiſident iam animo tacitę
 religioni congruerunt, tum adhibitis legatis tribu-
 nisque, & imperiis deūm propalam expositis, ne-
 mors voluntaria cōſulūs exercitum in acie terre-
 ret: comparant inter ſe, vt ab utra parte cedere
 Romanus exercitus coepiſſet, inde cōſul deuoue-
 ret pro populo Rom. Quiritibusq; Agitatum etiā
 in concilio est, vt ſi quando vnuquā feuero vllum
 īmporio bellum administratum eſſet, tunc vti di-
 ſciplina militaris ad prīſcos redigeretur mores. Cu-
 ram acuebat, quod aduersus Latinos bellanderat,
 lingua, morib; armorum genere, iſtrutis
 ante omnia militariſ congruentis. milites militib;
 centurionibus centuriones, tribuni tribunis, com-
 pares collegaq; iſdem präsidii, ſaþe iſdem ma-
 nipulis permitti fuerant. Per hæc ne que errore
 milites caperentur, edicunt cōſules, ne quis extra
 ordinem in hostem pugnaret. Forte inter cateros
 turmarum präfectos, qui exploratiū in omnes par-
 tes dimiſſi erant, T. Manlius cōſulūs filius ſuper ca-
 ſtra hostium cum suis turmalib; equalit, vix teli
 iactu ab ſtatione proxima abeffet. ibi Tusculani e-
 rant equites. präerat Geminus Metius, vir tum ge-
 nere inter ſuos, tum factis clarus. is vbi Romanos
 equites in ſignemque inter eos präcedentem con-
 ſulis filium (nam omnes inter ſe vtrique illiſtres
 viři noti erant) cognouit: vnanē, ait turma Roma-
 ni cum Latinis ſociisq; bellū gesturi eſtis? Quid in-
 ter ea cōſules, quid duo exercitus cōſulare agent?

Aderunt

Aderunt in tempore, Manlius inquit, & cum illis ad-
erit Iupiter ipse, foedorum a vobis violatorum te-
stis, qui plus potest, polletq;. Si ad Regillum lacum
ad fatigatem veltram pugnauimus, hic quoque
efficiemus profecto, ne nimis acies vobis & colla-
ta signa nobilis eum, cordi sunt. Ad ea Geminus pau-
lulum ab suis equo pronefus: Visne igitur, dum
dies ista venit, qua magno conatu exercitus moue-
atis, interea tu ipse congregi meū, ut nostro duo
ruin iani hinc euenui cernatur, quātum eques La-
tinus Romano præstet? Mouet serocē animum iu-
uenis seu ira, seu detrectandi ceraminiis pudor, seu
inexuperabilis vis sati. Oblitus itaque imperii pa-
tri, consulumque edicti, præceps ad id certamen a-
gitur, quo vinceret ad vinceretur, haud multum
interesset. Equitibus ceteris velut ad spectaculum
summitos, spacio quod vacui interiebat campi,
aduersos concitante equos: & cum infestis cuspidi-
bus concurrissent, Manlii cuspis super galeam ho-
fis Metii trans ceruicem equi elapla est. circum-
actis deinde equis, cum prior ad iterandum istum
Manlius consurrexisset, spiculum inter aures equi
fixit, ad cuius vulneris sensum cum equus prioribus
pedibus erectis magna vi caput quateret, excusit
equitem: quem cuspide patimque innixum, attol-
lentem se graui casu, Manlius ab iugulo, ita ut per
costas ferrum emineret, terra asfixit, spoliisq; lectis
ad suos reuectus, cum ouante gaudio turma in ca-
stra, atq; inde ad prætorium ad patrem tendit, igna-
rus facti, futuriq; laus an poena merita esset. Vt me
omnes, inquit, pater, tuo fanguine ortum vere fer-
ret, prouocatus equestria hac spolia capta ex hoste
caso porto. Quod vbi audiuit consul, exemplo filiu
aueratus, concionem classico aduceari iussit. quæ

ubi frequens conuenit: Quandoquidem, inquit, t.
 T. Manli neque imperiū consulare, neq; maiestatē
 patriā veritus, aduersus edictū nostrū extra ordinē
 in hostem pugnati, & quantum in te fuit, discipli-
 nam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana
 res, soluisti: meque in eam necessitatem adduxisti,
 vt aut reip. mihi, aut mei in eorumque obliuiscen-
 dum sit: nos potius nostro delicto plectemur, quā
 respubl. tanto suo damno nostra peccata luit. Tri-
 ste exemplum, sed in posterum salubre iuuentuti
 erimus. Me quidem cū ingenita charitas liberum,
 tum specimen illud virtutis deceptum vana imagi-
 ne decoris in te mouet: sed cum aut morte tua san-
 cienda sint consulū imperia, aut impunitate in per-
 petua abroganda: nec te quide, si quid in te no-
 stri sanguinis est, recusare censeam, quin disciplinā
 militarem culpa tua prolapsam, poena restituas: I
 lictor, deliga ad palum. Exanimati omnes tam atto-
 ci imperio: nec aliter quam in se quisq; distractam
 cernentes securim, metu magis quam modertia
 quieuerere. Itaque velut emerito ab admiratione
 animo, cū silentio desixi stetissem: repente postquam
 cœrvice cæsa fusus est crux, tum libero conquestu
 coorta voces sunt, vt neque lamentis, neque execrationibus parceretur: Ipsoisque conjectum iu-
 uenis corpus, quantum militaribus studiis funus
 vllum concelebrari poteſt, structo extra vallum
 rogo cremaretur: Manlianaque imperia non in
 praefentia modo horrenda, sed exempli etiam tri-
 fitis in posterum effent. Fecit tamen atrocitas poe-
 na obedientiorem duci militem: & præterquam
 quod custodia vigiliez; & ordo stationum inten-
 toris vbiique cura erant, in vltimo etiā certamine,
 cū descenſum in aciem est. ea securitas profuit: fuit
 causa

enim ciuili maxime bello pugna similis. adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana repub. præter animos, erat. Clypeis antea Romanis vii sunt: deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere: & quod antea phalanges similes Macedoniacis, hoc postea manipulatum structa acies coepit esse. Postremo in plures ordines instruebantur. Ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium, unum habebat. Prima acies hastati erant manipuli quindecim, distantes inter se modicum spaciū. Manipulus leueis vicenos milites, alia turbam scutatorum habebat. Leues autem qui hastam tantum gessaque gerent, vocabantur. Haec prima frons in acie florem iuuenium pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde atas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. hoc X X X. manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat, earum vnam quamque; primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat: vexillū C L X X X V I. homines erant. Primum Vexillum triarios ducebatur, veteranum militem spectata virtutis: secundum rotarios, minus roboris etate factisque: tertium accensos, minima fiducia manum. eo & in postremam aciem reciciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnā inibant. Si hastati profigare hostē non possent, pede presso eos retrocedentes in intervallo ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat. Hastati sequebantur. Triarii sub vexillis considerebat sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub eresta cuspide in terra fixas, hand securis

quam vallo septa inhorret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referabantur. Inde rem ad triarios redisse, cum laboratur, proverbio increbruit. Triarii consurgentes, vbi in interualla ordinum suorum principes & hastatos receperissent, exemplo compressis ordinibus velut claudebant vias: vnoque continente agmine iam nulla spe post relicta in hostem incedebant. Id erat formidolosissimum hosti, cum velut viatos inficiuti, nouam repente aciem exurgentem, auctam numero ceinebant. Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis milibus peditum, equitibus in singulas legiones trecentis. alterum tantum ex Latino delectu adiciebatur: qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemq; ordine instrinxerant aciem. Nec vexilla cum vexillis tantu, vniuersi hastati cum hastatis, principes cum principibus, sed centurio quoq; cum centurione, si ordines turbati non essent, concurrerent sibi esse sciebat. Duo principili ex utraque acie inter triarios erant: Romanus corpore haud quaquam satis validus, ceterum strenuus vir, peritusque militia: Latinus viribus ingens, bellatorq; primus: notissimi inter se, quia semper pares ordines duxerunt. Romano haud satis fidenti viribus, iam Roma permisum erat ab Cosse vt sub centurionem sibi quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste. isq; iuuenis in acie oblatus, ex centurione Latino victoriari cult. Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat. Romani Cosse prius quam educerent in aciem, immolauerunt. Decio caput iecinoris a familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse: alioqui acceptam diis hostiam esse.

Manium

Mānlium egregie litaſſe. At qui bene habet, inquit Decius, ſi ab collega proſpero litatum eſt. Inſtructis, ſicut ante dictū eſt, ordinibus, proceſſere in aciem. Manlius dextro, Decius lauo cornu praeerat. Primo vtrinq; et quis viribus, eodem ardore animorum gerrebatur res: deinde ab Ixeo cornu haſtati Romani non ferentes impressionem Latinorum, ſe ad principes recepero. In hac trepidatione Decius Col. M. Valerium magna voce inclamat: Deorum, inquit, ope Valeri opus eſt. agedum pontifex publicus populi Romani praे verba, quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum togam praetextam sumere iuſſit, & velato capite manu ſubter togā ad mentem exerta, ſuper telum ſubiectum pedibus ftantem ſi dicere: Iane, Iupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouenſiles, dii Indigetes, diu quorum eſt potestas noſtrorum, hoſtiuumque, diuq; Manes, vos precor, veneror, veniam peto feroque: ut populo Rom. Quiritiū vim victoriāmq; proſpetrix: hoſtesq; populi Romani Quiritium terore, formidine, morteq; afficiatis. Sicut verbis nuncupauit, ita pro rep. Quiritium exercitu, legionibus, auxiliis populi Rom. Quiritium, legiones auxiliaq; hoſtiū mecum diis Manib. Telluriq; deuoueo. Hac ita precatus, liſtores ire ad T. Manliū iubet, matreque collega ſe deuotū p exercitu nūciare. Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equū inſiluit: ac fe in medios immisit. Conſpectus ab utraq; acie aliquāto augiſtor humano viſu, ſicut celo missus piaculū omnis deorū irā, qui peſte ab ſuis auerſam in hoſtes ferret Ita omnis terror, pauorq; cū illo latus, ſigna primō Latinorū turbavit: deinde in totā penitus acie peruiſit. Evidentiſſimū id fuit, qđ quacunq; equo inuectus eſt, ibi haud ſecus quam peſtiferò ſic

dere isti panebant. vbi vero corruit obrutus telis,
inde iam haud dubie consernatae cohortes Latino-
rum, fugam ac vastitatem late fecerunt. Simul &
Romani exolutis religione animis, velut tum pri-
mum signo dato coorti, pugnam integrum edide-
runt. nam & Rorarii procurrebant inter antepilani-
nos, addiderantque vires hastatis ac principibus: &
Triarii genit dextro innixi, nutum Cos. ad consurgendum
expectabant. Procedente deinde certamine,
cum aliis partibus multitudo superaret Latino-
rum, Manlius Cos. auditio euentu collega, cum ut
ius fasque erat lachrymis non minus quam laudib⁹
debitis profectus tam memorabilem mortem es-
set: paulisper addubitauit, an cōsurgendiā Triarius
tempus esset: deinde melius ratus integros eos ad
ultimo discrimen feruari, accensos ab nouissima
acie ante signa procedere iuber. Qui vbi subiere, ex-
templo Latini, tanquam idem aduersarii fecissent,
Triarios suos excitauerūt: qui aliquamdiu pugna a-
troci cū & semetipſi fatigassent, & hastas aut pre-
fregissent, aut hebetassent, pellerent vi tamen ho-
stem, debellatum iam rati, perueniuntque ad ex-
mam aciem: tum Cos. Triarius: Consurge nunc,
inquit, integrī aduersus fessos, memores patris pa-
tentumq; & coniungac liberorum, memores cō-
fulis pro vestra victoria morte occubentis. Vbi
Triarii consurrexerunt integri, resurgentibus ar-
mis, noua ex imptouiso exorta acies, receptis in
interiuia ordinum antepilanis, clamore sublato
principia Latinorum perturbant: hastisque ora
fodientes, primo robore virorum cæso, per alios
manipulos velut inermes prope intacti eu-
asere: tantaque cæde perrupere cuneos, ut vix
quartam partem relinquenter hostium. Samnites

quoq;

vero coenit oblonga
 theatra coloniis
 em late fecerunt. tan-
 ne animis, rebus
 pugnat integrum
 cunctebant inter nos
 huiusmodi et primum
 xi, autem Col. ac
 precedente dñe
 alitudo supercuncta
 o eventu collegata
 non minus quam
 memorabile monte
 an consurgentia
 ius ratu*s* integrum
 i, accesso sibi
 ubet. Quo viribus
 dem aduerteret
 qui aliquam diuina
 silent, de latro ut
 pellente vi rancio
 i, perueniuntque
 nis Conspicere
 slos, membra par-
 liberorum, quae
 te, occidentem
 tregi, zelungent
 xora aces, iace-
 anis, clamore, iu-
 rurbant; huiusque
 virtutum, caro pro-
 mes proprie-
 trupere cuncta er-
 cat huius. Simili-
 quoq;

quoque sub radicibus montis procul instructi, pra-
 puere terorem Latinis. Ceterum inter omnes ci-
 ues sociosque præcipua laus eius belli penes Col.
 fuit: quorum alter omnes minas periculaque ab
 deis superis inferisq; in se vnum vertit: alter ea vir-
 tute, eoq; consilio in prælio fuit, vt facile conuene-
 rit inter Romanos Latinosque, qui eius pugna me-
 moriam posteris tradicerunt, vtrius partis T. Man-
 lius dux fuisset, eius futuram haud dubie fuisse vi-
 storiam. Latini ex fuga se Minturnas contulerunt,
 castra secundum prælium capta, multique morta-
 les ibi viui oppresi, maxime Campani. Decii cot-
 pus ne eo die inueniretur, nox querentes oppres-
 sit: postero die inuentum inter maximam hostium
 stragem coopertum telis, funusq; par morti cele-
 brante collega factum. illud adiiciendum videtur,
 licere consuli, dictatoriq; & prætori, cum legiones
 hostium deuoueant: non vtique se sed quem velit
 ex legione Romana scripta ciuem deuouere: si is
 homo qui deuoueret est moritur, probe factum vide-
 ri: ni moritur, tum signum septem pedes altu, aut
 maius, in terram defodi, & piaculum hostia cædi.
 vbi illud signum defossum erit, eo magistratum
 Romanum descendere fas non esse. Sin autem se se
 deuouere volet, sicuti Decius deuouit: ni moritur,
 neq; siu neq; publicum diuinū pure faciet qui se
 se deuouerit. Vulcano arma, siue cui aliis diuino deu-
 uere volet: siue hostia, siue quo alio volet ius esto.
 Telo, super quod stans conful precatus est, hostem
 potiri fas non est: si potiatur, Marti suouetaur lib.
 piaculum fieri. Hac eti omnis diuini humanique
 moris memoria aboleuit, noua peregrinaq; omnia
 priscis ac patriis præferendo haud ab re duxi, ver-
 bis quoq; ipsis, vt tradita nuncupataq; sunt referre.

Romānis post præliū demū factū Samnites venisse
subsidio, expectato euentu pugna, apud quodā au-
tores inuenio. Latinis quoq; ab Lauiniō auxilium,
dum deliberando terunt tēpus, victis demum ferti
cœptum. & cum iā portis prima signa, & pars agmi-
nis esset egressa: nuncio alato de clade Latinorum,
cum conuersis signis retro in vrbē rediretur, præto-
rē eorum nomine Milioniū dixisse ferunt, pro pau-
lula via magnam mecedem Romanis esse soluen-
dam. Qui Latinorum pugna superfuerat, multis iti-
nerib. dissipati, cum se in vnu conglobasset, Velsia
vrbis eis receptaculum fuit. Ibi in consiliis Numifius
imperator eorum, affirmādo cōmūnem vere Martē
belli, vtramq; aciem pari cæde prostrauisse, victo-
riæq; nomē tantum penes Romanos esse, cæteram
pro victis fortunā & illos gerere: funesta duo cōsu-
lum prætoria, alterum parricidio filii, alterum cō-
sulis deuoticiæ, trucidatum exercitum omnem:
casos hastatos principesque: stragem & ante si-
gna & post signa factā: triarios postremo rem resti-
tuiisse: Latinorum eti pariter accīsa copiæ sint, ta-
men supplemento vel Latii proprius esse, vel Vol-
scos, quam Romā. Itaq; si videatur eis, se ex Latias
& ex Volscis populis inuentare propere excita
reditur infesto exercitu Capuam esse: Romanosq;
nihil tum minus quam præliū expectantes, nec o-
pinato aduentu perculsurum. Fallacibus literis cir-
ca Latinum nomenq; Volscum mīflis, quia qui non
interfuerunt pugnæ, ad credendum temere facilio-
res erāt, tumultuatus vndiq; exercitus raptim cō-
scriptus conuenit. Huic agmīni Torquatus consul
ad Trifanū (inter Sinuesam Minturnasq; is locus
est) occurrit: prius quam castris locus caperetur, far-
cinis vtrinq; in aceruum coniects, pugnatum, de-
bella-

bellatumq; est. adeo enim accisæ rēs sunt, ut consuli
 victorem exercitum ad populandos agros eorū du-
 centi dederent sc̄ omnes Latini: deditioñemq; eam
 Campani sequerentur. Lātium Capuaq; agro mul-
 tati. Latinus ager, Priuernati addito agro, & Falern-
 ius, qui populi Campani fuerat, vsq; ad Vulturnum
 flumen piebi Romanae diuiditur. bina in Latino iu-
 gera, ita vt dodrantem ex Priuernati complerent,
 data terna in Falerno, quadrantibus etiam pro lon-
 ginqüitate adiectis. Extra poenā fuere Latinorum
 Laurētes, Campanorumq; equites, quia non desci-
 uerant. Cum Laurentibus renouari foedus iussum.
 renouaturq; ex eo quotannis post diem decimum
 Latinarum. Equitibus Campanis ciuitas data: mo-
 numentoq; vt esset, ænam tabulā in æde Castoris
 Roma fixerunt. Vestigal quoq; eis Campanus po-
 pulus iussus p̄dere in singulos quotannis (fuere au-
 tem mille & sexcenti) denarios nummos quadri-
 genos quinqueagenos. Ita bello gesto, præniis poe-
 naq; pro cuiusq; merito persolutis, T. Manlius Ro-
 man rediit cui venienti seniores tantum obuiam
 exiſte conſtat: iuuentutem & tunc & omni vita de-
 inde auersatam eam, execrataimq; Antiates in agrū
 Hostiensem, Ardeatēm, Solonium incursions fe-
 cerunt. Manlius Consul, quia ipse per valetudinem
 id bellum exequi nequierat, dictatore L. Papyri-
 um Crassum, qui tum forte erat prætor, dixit ab eo
 magister equitum L. Papyrius Cursor dictus. Ni-
 hil memorabile aduersus Antiates ab dictatore
 gestū est, cum aliquot menses stativa in agro An-
 tiatis habuisset. Anno insigni victoria de tot ac-
 tam potentibus populis, ab hoc confulsum alterius
 nobili morte, alterius sicut truci, ita claro ad
 memoriam imperio, successere Coss. T. Aemilius

W.C. Mameretus, & Q. Publius Philo: neque in simile
 416. materia rerum, & ipsi aut suarū rerum aut par-
 tium in repub. magis quam patriæ memores, Latini-
 nos ob iram agri amissi rebellantes in campis Fene-
 stanis fuderunt, castrisq; exuerunt. Ibi Publio, cu-
 ius ductu auspicioq; res gestæ erant, in editionem
 accipiente Latinos populos, quorum ibi iuuenus
 casæ erat: Æmilius ad Pedum exercitum duxit. Pe-
 danos tuebatur Tiburs, Prænestinus Velerinusq;
 populus. Venerant & ab Lanuio Antioque auxilia.
 Vbi cum præliis quidem superior Romanus esset:
 ad urbem ipsam Pedum, castraque sociorum popu-
 lorum, quæ vrbi adiuncta erant, integer labor retra-
 ret: bello infecto repete omisso, consil. quia colle-
 gæ decretum triumphum audiuit, ipse quoque tri-
 umphi ante victoriam flagitator Romanus reddit.
 Qua cupiditate ostentis patribus, negantibusq; nisi
 Pedo capto aut dedito triumphum, hinc alienatus
 ab senatu Æmilius, seditionis tribunatibus similem
 deinde consulatum gesit. Nam neque quoad fuit
 consul, criminari apud populum patres destitit col-
 lega haudquaquam aduersante: quia & ipse de ple-
 be erat materia autem præbebat criminibus ager
 in Latino Falernoque agro maligne plebi diuinus.
 & postquam senatus finire imperium consilibus
 cupiens, dictatorem aduersus rebellantes Latinos
 dici iussit: Æmilius, cui tum fasces erant, collegam
 dictatorem dixit: ab eo magister equitum Junius
 Brutus dictus. Dictatura popularis, & orationibus
 in patres criminosis fuit: & quod tres leges secun-
 diflmas plebi, aduersas nobilitati culit: vnam, vt
 plebisita omnes Quirites ternerent: alteram, vt legum
 quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores farent: tertiam,
 vt al-

ut alter utique ex plebe, cum eo ventum sit, ut v. *v. c.*
 trunque plebeium fieri liceret, censor crearetur.
 Plus eo anno domi acceptum clavis ab consulibus,
 ac dictatore, quam ex victoria eorum, bellicisque
 rebus foris auctum imperium patres credebant.
 Anno insequenti L. Furio Camillo, C. Mænio Coss.
 quo insignius omissa res Aemilio superioris anni
 consuli proprobaretur, Pedum armis viri-
 que & omni vi expugnandum ac delendum
 senatus fremit: coactique noui consules omni-
 bus eam rem præuerti, proficisciuntur. iam La-
 tio is status erat rerum, ut neque bellum ne-
 que pacem pati possent. ad bellum opes deerant:
 pacem ob agri adempti dolorem aspernabantur.
 mediis consiliis standum videbatur, ut oppidis
 se tenerent, ne lacestus Romanus causam belli
 haberet: & si cuius oppidi obsidio nunciata esset,
 vindice ex omnibus populis auxilium obsecrabis fer-
 retur. Negi; tamen nisi admodum a paucis populis
 Pedani adiuti sunt. Tiburtes, Prænæfiniti, quorum
 ager propior erat, Pedum peruenere. Aricinos, La-
 niniusosq; & Veliternos Antiatibus Volscis se con-
 iungentes ad Astura flumen Menenius improviso
 adortus fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus
 maxime valido exercitu, maiore mole, quamquam
 aque prospero euētu pugnat. Tumultum maxime
 repentina inter prælium eruptio oppidanorum fe-
 cit: in quo parte exercitus conueria, Camilius non
 compulit solum eos intra mœnia, sed eodem etiam
 die, cum ipsos auxiliaque eorum perculisset, oppi-
 dum scalis cepit. Placuit inde iam maiore conatu
 animoque ab vnius expugnatione urbis ad perdo-
 mandum Latium viñorem circumducere exerci-
 tum. Nec quicuerante, quam expugnado, aut in

insigni
tus

395. dditionem accipiendo singulas vrbes, Latium omne subegere. Praefidius inde dispositis per recepta oppida, Romanum ad destinatum omnium consensu triumphū deceperre. Additus triumpho honor, ut statu equestris eis, rara illa aetate res, in foro ponerentur. Priusquam comitis in insequente annum consules rogarent, Camillus de Latinis populis ad senatum retulit, atq; ita disseruit: Patres cōscripti, quod bello armisq; in Latio agendum fuit, id iam deum benignitate ac virtute militum ad finem venit, cēsi ad Pedum Asturamq; sunt exercitus hostium: oppida Latina omnia, & Antium ex Volscis, aut vi capta, aut recepta in dditionem, praefidius tenentur vestris. Reliqua consultatio est, quoniam rebellando sapient nos sollicitant, quoniam modo perpetua pace quietos obtineamus. Dii immortales ita vos potentes huius cōsilii fecerunt, ut sit Latium deinde an non sit, in vestra manu poluerint. Itaque pacem vobis quod ad Latinos attinet, parare in perpetu vel sanguendo, vel ignoscendo potestis. Vultis crudeliter consulere indeditos, victos; licet delere omne Latium: vastas inde solitudines facere, vnde sociali egregio exercitu per multa bella magna; sepe vii cōfis. Vultis exemplo maiorum augere rem Romanam, victos in ciuitate accipiendo? Materia crescendi per summam gloriam suppeditat. Certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus est, quicquid statuere placet. Tot populos inter spem meumque suspensos animi habetis: & vestram virique de eis curam quam primum absolui & illorum animos, dum expectatione stupent, seu poena, seu beneficio præoccupari oportet. Nostrum enim fuit effigie, ut omnium rerū vobis ad consulendum potestas esset:

396. vobis quod ad Latinos attinet, parare in perpetu vel sanguendo, vel ignoscendo potestis. Vultis crudeliter consulere indeditos, victos; licet delere omne Latium: vastas inde solitudines facere, vnde sociali egregio exercitu per multa bella magna; sepe vii cōfis. Vultis exemplo maiorum augere rem Romanam, victos in ciuitate accipiendo? Materia crescendi per summam gloriam suppeditat. Certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus est, quicquid statuere placet. Tot populos inter spem meumque suspensos animi habetis: & vestram virique de eis curam quam primum absolui & illorum animos, dum expectatione stupent, seu poena, seu beneficio præoccupari oportet. Nostrum enim fuit effigie, ut omnium rerū vobis ad consulendum potestas esset:

est: vestrum est decernere quod optimum vobis,
reique publicæ sit. Princeps senatus relationem
confusis de summa rerum laudare: sed cum aliorū
causa alia esset, ita expediri posse consilium dicere,
vt pro merito cuiusque statueretur, si de singulis
nominatim referent populis. Relatum igitur de
singulis, decretumque Lanuinis ciuitas data: fa-
craque sua redditum cum eo, vt ædes **M**ecusque So-
spite lunonis communis Lanuinis municipibus
cum populo Romano esset. Aricini, Nomentaniq;
& Pedani eodem iure quo Lanuinii in ciuitatem
accepti. Tusculanis feruata ciuitas, quam habebat
crimenque rebellionis publica fraude in paucos
autores versus. In Veliternos veteres ciues Ro-
manos, quod toties rebellassent, grauiter sequitum:
& muri diecti, & senatus inde abductus: iussaque
trans Tiberim habitare, vt eius qui cis Tiberim de-
prehensus esset, vsque ad mille pondo clarigatio
esset: nec prius quam ære persoluto, is qui cepisset,
extra vincula captum haberet. In agrum senatorū
coloni missi: quibus adscriptis, speciem antiquæ
frequentie Velitrae receperunt. Et Antium noua
colonia missa, cum eo, vt Antiatib. permitteretur,
si & ipsi adscribi coloni vellent naues inde longæ ab-
asta interdictuq; mari Antati populo est, & ciui-
tas data. Tiburtes Prænestiniq; agro multati, neq;
ob recens tantum rebellionis commune cum aliis
Latinis crimen, sed quod tadio imperii Romani cū
Gallis, gente efferata, arma quondam cōsociasset.
Ceteris Latinis populis coenubia, commerciaq; &
cōsilia inter se ademerūt. Capanis equitib. honoris
causa, quia cū Latinis rebellare noluissent: Funda-
nisque, & Formianis, quod per fines eorū tuta pa-
cataq; semper fuisset via, ciuitas sine suffragio data.

V.C. Cumanos, Sueffulanosque eiusdem iuris conditio-
nisque, cuius Capuam esse placuit. Naves Antiaci-
um partim in navalia Romæ subductæ, partim in-
cenſæ: roſtris que earum ſuggeſtum in foro extru-
ctum adornoſi placuit: Roſtraque id templum ap-
pellatum. C. Sulpicio Longo, P. Allio Peto Cosciū
omnia non opes magis Romanæ, quam beneficis
parta gratia bona pace obtineret: inter Sidicinos
Auruncosque bellum ortum. Aurunci a T. Manlio
Cos. in ditionem accepti, nihil deinde mōuerāt:
eo petēdi auxili ab Romanis cauia iuſtior fuit. sed
prius quam conſules ab r̄be (iuſſerat enim ſenatus
defendi Auruncos) exercitum educerent, fama af-
fertur, Auruncos metu oppidum deferuisse: proſu-
gosq; cum coniugibus ac liberis Sueſſam communi-
niffe, quæ nunc Aurunca appellata, mœnia antiqua
eorum, r̄bemq; ab Sidicinis deletam. Ob ea infenſus
Coñſulibus ſenatus, quorum cunctatione prodi-
ti ſoci effeſt: dictatore dici iuſſit. dictus C. Clau-
dius Regillensis, magistrum equitum C. Claudium
Hortatorem dixit. Religio inde iniecta de dictato-
re: & cum augures vitio creatum videri dixiſſent,
dictator magiſterque equitum ſe magiſtratu abdi-
carunt. Eo anno Minucia Vestalis ſuſpecta primo
propter mundiorem iuſto cultum, inſimulata de-
inde apud pontifices ab indice feruo, cum decreto
eorum iuſla eſſet ſacris abſtinere, familiamque in
potestate habere: facto iudicio viua ſub terram ad
portam Coillin dextra via ſtratam defoſſa Scle-
rato campo credo ab inceſto id ei loco nomen fa-
ctum. Eodem anno Q. Publius Philo prætor priuū
de plebe, aduersante Sulpicio Cos. qui negabat ra-
tionem eius ſe habiturum, eſt factus: ſenatus, cum
in ſumis imperiis id non obtinueret, minus in
pratu-

LIBER VIII.

513

in prætura intende[n]te. In sequens annus L. Papyrio V.C.
 Crasso, Cesone Duellio Cos. Aufonum magis no- 419.
 no quam magno bello fuit insignis. Ea gens Cales
 vrbem incolebat. Sidicinis finitimiſis arma coniun-
 xerat: vnoq[ue] prælio haud sanc memorabili duorum
 populorum exercitus fusus propinquitate vrbium;
 & ad fugam prærior, & in fuga ipſa tutior fuit. nec
 tamen omisſia eius bellū cura patribus: quia toties
 iam Sidicini aut ipsi mouerant bellum, aut mouen-
 tibus auxilium tulerant, aut causa armorum
 fuerant. Itaque omni ope annixi sunt, vt maximum
 ea tempeſtate imperatorem M. Valerium Corui- 420.
 num Cos. quartum facerent. collega additus Cor-
 uno M. Attilius Regulus, & ne forte caſu errare-
 tur, petitus ab Cos. vt extra ſortem Coruini ea
 prouincia eſſet. Exercitu victore a superiorib. con-
 fulib[us] accepto, ad Cales, vnde bellum ortum erat,
 profectus, cum hostes ab ſuperioris etiam certami-
 niſis memoria pauidos clamore atque impetu pri-
 mo fudifet, monia ipſa oppugnare eſt aggrediſſus: &
 militum quidem is erat ardor, vt iam inde cum
 scalis ſuccedere ad muros vellent, euafiroſq[ue] con-
 tenderent. Coruinus, quia id arduum factu erat, la-
 bore militum potius quam periculo peragre in-
 ceptum voluit, itaque aggerem & vineas egit, tur-
 resq[ue] muro admouit: quarū vſum forte oblatā op-
 portunitas p[ro]uerit. namq[ue] M. Fabius captiuus Ro-
 manus cum per negligentiam custodum festo dic-
 vinculis ruptis per murum inter opeia Romanoru[m]
 religata ad pinnam muri reſte ſuſpensiſ manibus
 ſe demifuerat, per pulit i[n]peratōrē, vt vino epulisq[ue]
 ſopitos hostes aggrediretur. Nec maiore certami-
 ne capti cum vrbē Aufones ſunt, quam acie fuſi e-
 tant. præda capta ingens eſt: prælioque imposito

Kk

574

V.C. Calibus, reductis Rōmam legiones. Coss. ex senatusconsulto triumphauit: & ne Attilius expers gloria esset, iussi ambo Coss. aduersus Sidicinos duce-re exercitum, dictatorem ante ex senatusconsulto comitorum habendorum causa dixerunt L. Aemiliū Mamercum: is magistrum equitum Q. Fabrium Philonem dixit. Dictatore comitia habente

421. Coss. creati sunt T. Veturius, Sp. Posthumius. Et si belli pars cum Sidicinis restabat; tamen ut beneficio praeuenientis desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt: factoq; senatusconsulto, vt duo millia quingenti homines eo scriberentur. Triumuiros colonizare deducendæ, agroque dividendo creauerunt, Cæsonē Duellum, T. Quintium, M. Fabium. Noui deinde Coss. a veteribus exercitu accepto, ingressi hostium fines populando usq; ad moenia atque urbem peruererunt. Ibi, quia ingenti exercitu comparato Sidicini & ipsi pro extrema spe dimicaturi enixe videbantur, & Samniū fama erat conciri ad bellum: dictator ab consilibus ex auctoritate senatus dictus P. Cornelius Russus, magister equitum, M. Antonius. Religio deinde incessit, vitio eos creatos: magistratuque se abdicauerunt: & quia pestilens infœcta est, velut omnibus eo vitio contactis auspiciis, res ad interregnū rediit. ab interregno inito per quintum demum interregem M. Valerium Corvinum creati Coss. L. Cornelius iterum, & Cn. Domitius. Tranquillis rebus fama Gallici belli pro tumultu valuit, vt dictatorem dici placeret. dictus M. Papirius Crassus, & magister equitum P. Valerius Publicola a quib; defectus int̄ētius quam aduersus finitima bella haberetur, exploratores missi attulerunt quod et omnia apud Gallos esse. Samnium quoq; iam alre-

422.

rum

interregno inito per quintum demum interregem M. Valerium Corvinum creati Coss. L. Cornelius iterum, & Cn. Domitius. Tranquillis rebus fama Gallici belli pro tumultu valuit, vt dictatorem dici placeret. dictus M. Papirius Crassus, & magister equitum P. Valerius Publicola a quib; defectus int̄ētius quam aduersus finitima bella haberetur, exploratores missi attulerunt quod et omnia apud Gallos esse. Samnium quoq; iam alre-

tum turbi non
ex ergo Sidicino ex
alibus Ceterum Samni
ensis in Lucanos trans
eum excusione
in pugnauerunt eo
inseruerunt quia fide
perficit, pacem cum
consilii actus, nonque
considere Merita & S
in fabius Philo, Sp. Pa
menta legie ab L. Pa
tine suffragio data. H
e fidelis infœque
ren humana fraude
Gaius Coss. Flaccus
alibus cognomen con
veniunt referre quid ver
nos inferiores sunt) pro
tempore, quorum mon
imentum, sicut prodit
in fidem abrogauerit
ut civitatis famili
nam euentu mon
ebium Maximus
et eum tamquam publica
cittati data est, haud
ad consilium in rem ad
conveniunt: confundit
ut tam patet factum, m
eritacioneque ea ve
nient, manifest
indicem, & coquenter
conducit alia inueni

sum annum turbari nouis consiliis suspectum erat: eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus. Ceterum Samnites bellum Alexandri Epeirésis in Lucanios traxit. qui duo populi aduersus regem excursionem a Pæsto facientem signis collatis pugnauerunt. eo certamine superior Alexander, incertum qua fide culturus, si perinde cetera processissent, pacem cum Romanis fecit. Eodem anno census actus, nouique ciues censi: tribus propter eos additæ Metia & Seaptia: ceniores addiderunt, Publius Philo, Sp. Posthumius. Romani facti Acerrani lege ab L. Papyrio prætore lata, qua ciuitas sine suffragio data. Hæc eo anno domi militique gesta. Feodū in sequens annus seu intemperie ciuitati, seu humana fraude fuit, M. Claudio Marcello, T. Valerio Coss. Flaccum, Potitumque varie in annalibus cognomen consulis inuenio: ceterum in eo parui referunt quid veri sit. illud peruelim (nec omnes auctores sunt) proditum falso esse, venenis absumentos, quorum mors infamem annum pestilentialiter fecerit, sicut proditur: tamen res nec cui auctorum fidem abrogauerim, exponenda est. Cum primores ciuitatis similibus morbis, eodemque ferme omnes euentu morentur: ancilla quedam ad Q. Fabium Maximum adilem curulem indicaturam se causam publicæ pestis professa est, si ab eo fides sibi data esset, haud futurum noxæ indicium. Fabius confessim rem ad consules, consules ad senatum referunt: consensuque ordinis fides indicata. Tum patefactum, muliebri fraude ciuitatem premi: matronasque ea venena coquere: & si sequi extemplo velint, manifesto deprehendi posse. Secuti indicem, & coquentes quasdam medicamenta, & recondita alia inuenierunt. quib. in forū dela-

alio.
 excen
 sionē

tis, & ~~co~~lx x. matronis, apud quas deprehensa erant, per viatorem accitis, duae ex eis Cornelia ac Sergia, patriciae vtrarumq; gentis, cum ea medicamenta salubria esse contenderent, ab confutante indice biberent iussæ, vt se falsum commentā arguerent: spacio ad colloquendum sumpto, cum summoto populo in conspectu omnium rem ad exteras retulissent: haud abuentibus & illis bibere, epoto medicamento suamer ipsa fraude omnes interierunt, comprehensæ extemulo earum comites, magnum numerum matronarum indicauerunt: ex quibus ad CLXX. damnatae. Neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæsitum est. Prodigii ea res loco habita: captisque magis mentibus, quam consecleratis similis visa. Itaque memoria ex annalibus repetita, in secessionibus quondam plebis clauum ab dictatore fixum alienatasq; discordia mentes hominum, eo piacula compotes sui fecisse. dictatorem clavi figendi causa creari placuit. creatus Cn. Quintilius, magistrum equitum L. Valerium dixit: qui fixo clavo magistratu se abdicarunt. Creati Cosf. L. Papyrius Crassus iterum, L. Plautius Venox, cuius principio anni legati ex Volscis Fabraterni & Lucani Roman venerunt, orantes vt in fidem recipierentur: si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atq; obdienter futuros. Missi tum ab senatu legati: denunciatumque Samnitibus, vt eorum populorum finivim abstinenter. valuitq; ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erat ad bellum. Eodem anno Priuernas bellum initum: cuius loci Fundani, dux etiam Fundanus fuit Vitruvius Vaccus, vir non domi solum, sed etiam Romæ clarus. ades fuere in palatio eius, qua

Vacci

dijeta diuto aufficio
adversos bene valit
omnig. & Corinii agric.
unical calvis eius ca
deleteneret aduersas
me, triens nec vi lo
nos appetere. Vir te
imploratae, fugari
morbis spectant
anxia depugnat. De v
meritis: ita becuni
tum tum proprius
ita cade est turtur
mine, paci in ru
siderent, casis primi
a peccato agmine
villo sole rotare
et peraustati pab
quum Fundatum ex
stans senatus Funda
vtrum secesserat
dicto Fundano p
affigsum Virtuum
in fruge Priuernum
tum primeni: igitur li
cum persequendolo;
cum vitrumque p
Fundani pacem ei
cum memoriam accep
tare, vt bellum ab int
erib, corpora ip
sum suorum in pot
erante. Collaudata
cum missis in officio Fi

Vacci prata diruto ædificio publicatoq; solo appellata. Aduersus hunc vastatem effuse Setinum Norbanumq; & Coranū agrum ,L. Papyrius profectus, haud procul castris eius confedit. Vitruvio nec vt vallo se teneret aduersus validiorem hostem, sana constare mens, nec vt longius a castris dimicaret, animus suppeteret. Vix tota extra portam castrorum explicata acie, fugam magis retrò quam prælium aut hostem spectante milite, sine consilio, si ne audacia depugnat: & vt leui momento, nec ambigue est victus: ita breuitate ipsa loci, facilique receptu in tam propinqua castra, haud ægre militem a multa cæde est tutatus: nec fere quisquam in ipso certamine, pauci in turba fugæ extremæ, cum in castra ruerent, casu: primisque tenebris Priuernum inde petitus agmine trepido, vt muris potius quam vallo sele tutarentur. A Priuerno Plautius alter Cos. peruastatis passim agri, prædaque abacta, in agrum Fundanum exercitum inducit. ingredienti fines senatus Fundanorum occurrit: negant se pro Vitruvio sectamque eius secutis precatum venisse, sed pro Fundano populo: quem extra culpam belli esse, ipsum Vitruvium indicasie, cum receptaculum fugæ Priuernum habuerit, non patriam Fundos. Princerni igitur hostes populi Romani querendos, persequendosq; esse, qui simul a Fundanis ac Romanis vitriusque patriæ immemores, defecerint. Fundanis pacem esse, & animos Romanos, & gratiam memoriam acceptæ ciuitatis: orare se consulem, vt bellum ab innoxio populo abstineat: agros, vrbum, corpora ipsorum coniungumque ac liberorum suorum in potestate populi Romani esse, futuraque Collaudatis Fundanis Cos literisq; Romanam missis in officio Fundanos esse, ad Priu-

Kk 3

V.C. num flexit iter. Prius animaduersum in eos qui capta coniurationis fuerant, a Cos scribit Claudius ad CCCL ex coniuratis viñtos Romani missos: eamque deditonem ab senatu non acceptam: quod egentium atque humilium poena defungi velle Fundanum populum censuerunt. Priuernum duobus consularibus exercitibus cum obfideretur, alter Cos comitorum causa Romanu reuocatus. Carceres eo anno in circu primum statuti. Nōdum perfundatos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici faina atrox inuasit, haud ferme vnquam neglecta patribus. Extemploigitur Cos noui L. Aemilius Mamercus, & Cn. Plautius eo ipso die Calèd. Quintilibus, quo magistratus inierunt, comparare inter se prouincias iussi: & Mamercus, cui Gallicum bellum euenerat, scribere exercitum sine villa vacatio-
nis venia. quin opifcum quoque vulgus, & sellularii, minime militia idoneum genus, exciti dicun-
tur. Veiosque ingens exercitus contractus, vt inde obuiam Gallis ieretur. Longius discedi, ne alio itinere hostis falleret, ad urbem incedens, non placuit. Paucos deinde post dies satis explorata temporis eius quiete, a Gallis Priuernum omnis conuera vis. Duplex inde fama est, ali vi captam urbem, Vitruviumque viuum in potestatem venisse: alii, prius quam ultima adhiberetur vis, ipsos se in deditio-
nem consulis caduceum præferentes permisisse, auctores sunt, Vitruviumque ab suis traditum. Se-
natus de Vitruvio Priuernatibusq; cōsultus, confu-
lē Plautiū dirutis Priuerni muris, præsidioq; valido imposito, ad triumphū accersit. Vitruviū in carcere assertari iussit quoad consul redisset, tum verberatum necari: aedes eius, quæ essent in palatio diruen-
das, bona Semeni Sango sensuerunt consecranda:
quodque

in eos quā
 fuit Clodius
 Romanus missus
 non acceptus
 in pena defensio
 nis. Priuerni
 am obdilectum
 am reconsu
 stituti. Nihil
 am melius Gallo
 inquam negleg
 ent L. Anna
 die Caledoniam
 comparata ut
 ui Gallicum lo
 sine villa ruris
 vulgus & cetera
 ius exigit dimi
 nutorum, rurale
 edificare alio in
 ens, non placita
 tam pericula
 nis conuersi is
 in vibem. Ver
 venificium pia
 los le iudeo
 ntes permisit
 ius tradidit te
 ; oscultus confu
 radicibus valde
 tristis in eare
 et, cum rebus
 n palatio dimer
 qui confundenda
 quoque artis ex eis redactum est, ex eo & nee orbes
 facti, positi in facello Sangi versus xdem Quirini.
 De senatu Priuernate ita decretum, ut, qui senator
 Priuerni post defectionem ab Romanis mansisset,
 trans Tiberim lege eadem qua Veltorni habitatet.
 His ita decretis, usque ad triumphum Plautii silen
 tium de Priuernatibus fuit: post triumphum Con
 sul necato Vitruvio, sociisque eius noxa, apud sati
 atos iam supplicis nocentium tutam mentionem
 de Priuernatibus ratus: Quoniam auctores defecti
 omis, inquit, meritas poenas & ab dies immortalib.
 & a vobis habent, Patres conscripti: quid placet de
 innoxia multitudine fieri? Evidem eti mea par
 tes exquirenda magis sententia, quam danda
 sunt: tamen cum videam Priuernates vicinos Sa
 mitibus esse, vnde nunc nobis incertissima pax
 est, quam minimum irarum inter nos illosque re
 linqui velim. Cum ipsa per se resinceps esset, prout
 cuiusq; ingenium erat atrocis mitiusve suadenti
 bus, tum incertiora omnia vnu ex Priuernatibus
 legatis fecit, magis conditionis in qua natus esset,
 quam praesentis necessitatis memor: qui interro
 gatus a quodam tristioris sententiae auctore, quam
 penam meritos Priuernates censeret: eam in
 quid, quam merentur qui se libertate dignos cen
 sent cuius cum feroci responso infestiores factos
 videret consul eos, qui ante Priuernatum causam
 impugnabant: ut ipse benigna interrogacione mi
 tius responsum eliceret: Quid si poenam, inquit,
 remittimus vobis, qualem nos pacem vobiscum
 habituros speremus? Si bonam dederitis, inquit, &
 fidam, & perpetuam: si malam, haud diuturnam.
 Tum vero minari, nec id ambigue, Priuernatem
 quidam, & illis vocibus ad rebellandum incitati

v.c. pacatos populos pars melior senatus ad melior
 » responſa trahere, & dicere, viri, & liberi, vocem au
 » ditam an credi posſe, vllum populum, aut homi
 » nem denique in ea cōditione, cuius cum pœnitentia,
 » diutius quam necesse sit, mansurum ibi pacem eſſe
 » fidam, vbi voluntari pacati ſint: neque eo loco, vbi
 » feruitatem eſſe velint, fidem ſperandam eſſe. In
 » hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinauit a
 » nimos, identidem ad principes ſententiarum con
 » ſulares, vt exaudiri poſlet a pluribus, dicendo, eos
 » demum qui nihil præterquam de libertate cogi
 » tant, dignos eſſe qui Romani fiant. Itaque & in ſe
 » natu causam obtinuere: & ex auctoritate patrum latum ad populum eſt, vt Priueratibus ciuitas da
 » retur. Eodem anno, Anxur trecenti in coloniam miſſi ſunt: bina iugera agri accepertunt. Secutus eſt
 » annus nulla re bellī domine insignis, P. Plautio Pro
 » culo, P. Cornelio Scapula Cofl. præterquam quod Fregellas (Signinorum is ager, deinde Volsorum fuerat) colonia deducta: & populo viſceratio data a Marco Flauio in funere matris. Erant qui per ſpeciem honoranda parentis meritam mercedem populo ſoluta interpretaretur, quod eum die dicta ab ædilibus crimine stuprato matrifamilia abſoluifſet. Data viſceratio in præteritam iudicij gratiam, honoris etiam ei cauſa fuit: tribunatuque plebis proximi comitii absens prefentibus prefertur. Neapolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis ſita eſt: duabus vrbib. populus idem habitabat, Cumis erant oriundi. Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt. Claffe qua aduecti ab domo fuerant, multum in ora maris eius, quod accolunt, potuerunt, primo in insulas Aenariam & Pythecusas egressi, deinde in continentem ausi ſedes tranſerre.

426.

Im

Hoc enim tam fu
 nit aderit in Romanis
 me, que Romanam
 m. multa hoſtilia ad
 unum Telematum
 Lento o. Q.
 lificans Palæopolis
 um relatum efficit a
 statua quam faciunt, fe
 cū perutum populus Pa
 læopolis dicitur. Col. po
 rincipiū Paliūbi et
 in loco Samnitibus,
 Samna autem erat, a
 mentes admoturos
 tatio statua abere
 tam paci cum Sa
 mna. Publicis duobus mil
 ium Samnitium
 unum voluntare Gra
 cum. Romæ competit
 utriusquebus in iure fun
 populus Priueratibus
 haud ambiguo
 non miti placuisse
 fieret, reponit
 Vito incultus
 et negligens ea q
 uant, haud illo publico
 facere nec Fundam
 quisque minime p
 illum placeat ceteru
 regni cimitatem Sam
 nia captas, dicucasq;

ferre. Hæc ciuitas cum suis viribus, tū Samnitium
 infida aduersus Romanos societate frata, siue pesti-
 lentia, qua Romanam vrbē adorta nuncabatur,
 fidens, multa hostilia aduersus Romanos agrum
 Campanum Falernumque incolentes fecit. Igitur
 L. Cornelio Lentulo, Q. Publio Philone iterum
 Coll. socialibus Palæpolin ad res repetendas mis-
 sis, cum relatum esset a Gracis, gente lingua ma-
 gis strenua quam factis, ferox responsum: ex aucto-
 ritate patrum populus Palæopolitanis bellum fieri
 iussit. Inter Coll. prouinciis cōparatis, bello Græ-
 ci persequendi Publis euererunt. Cornelius alte-
 ro exercitu Samnitibus, si qua se mouerent, oppo-
 situs. Fama autem erat, defectioni Campanorum
 imminentes admoturos castra. ibi optimum visum
 Cornelio statua abere. Ab vtroque consule exi-
 guam spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit
 fenatus. Publis duo millia Nolanorum militum,
 & quatuor Samnitium, magis Nolanis cogenti-
 bus, quam voluntate Græcorum, recepta Palæpoli
 miserat. Romæ compertum est, delectū indictum a
 magistratibus: viuērū Samnium erectum: ac vi-
 cinos populos, Priuernatem Fundanumque & For-
 manum, haud ambigue sollicitati. Ob hæc cum
 legatos mitti placuisse, prius ad Samnites, quam
 bellum fieret, responsum redditur a Samnitibus
 ferox. Vlto incusabant iniurias Romanorum: ne-
 que eo negligentius ea qua ipsi obiicerentur, pur-
 gabant, haud vlo publico consilio auxiliove iuuati
 Gracos: nec Fundanum Formianumve a se soli-
 citatos: quippe minime poenitere se virium suarū,
 si bellum placeat. cæterum non posse dissimulare,
 ægre pati ciuitatem Samnitium, quod Fregellas ex
 Volscis captas, dirutasq; ab se, restituerit Romanus

populus, coloniamq; in Samnitium agro imposuerit, quam coloni eorum Fregellas appellant, eam se contumeliam iniutiamaq;, ni sibi ab iis qui fecerint, dematur, ipsos omni vi depuluros esse. Cum Romanus legatus ad disceptandum eos ad communes socios atq; amicos vocaret: Quid perplexe agimus? inquit, Nostra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, & arma, & communis Mars belli decernet. Proinde inter Capuam Suesfalamque castra castris conferamus: & Samnis Romanus in imperio Italianum regat, decernamus. Legati Romanorum cum se non quod hostis vocasset, sed quod imperatores sui duxissent, ituros esse respondissent: iam Publius inter Palatopolim Neapolimq; loco opportune capto, diremerat hostibus societatem auxili mutui, qua ut quisque locus premeretur, inter se vni fuerant. Itaque cum & comitiorum dies instaret, & Publum imminentem hostium muris auocari ab spe capienda in dieis urbis, haud e Republica esset: actum cum tribunis est, ad populum ferrent, vt, cum Publius Philo consulatu abiisset, proconsul rem gereret, quoad debellatum cum Graecis esset. L. Cornelio, quia ne eum quidem in Samnum iam ingressum reuocari ab impetu belli placebat, literæ missæ, vt dictatore comitiorum causa diceret, dixit M. Claudium Marcellum, ab eo magister equitum dictus Sp. Posthumius. Nec tamen ab dictatore comitia sunt habita: quia vitione creatus esset, in disquisitionem venit. Consulti augures, vitiosum videri dictatorem pronunciauerunt. Eam rem tribuni suspectam, infra memque criminando fecerunt, nam neque facile suisse id vitium nosci, cum consul inuenire nocte silentio

erio dicere dictatores
police primitutis de e:
um mortuum exta
temp dieat, quod aufspic
tus dimitate. Kompa
nus confuli virtu obu
ad plebeus dictator
in Hac, aliquasque
nam ad interregn
mea alia, causa co
muniterex Lucius A
nelli, Lucius P
on in aliis analibus
ut in Egypto p
immig. Epeir regen
in lotes Dodona. In
Tarentum in Ital
a scheruham aqua
terre terminum da
bium, ut quam maxim
bi in Epeiro, & Achae
in lucem in flaga
dios. Ceterum (v
erum) cum fape E
peiro Heraclean Ta
mier Lucanis, Sipon
ianam, alias inde Ma
riferibes, & trecenta
un, quas obfidi numer
m. Pandofia virgo in
tibus, tres tumulos
inediti ex quibus in
hostilio facerent: &
cibus circa se, pro fidu

lento diceret dictatorem: neq; ab consule cuiquā
 publice priuatiūne de ea re scriptum esse: nec quē-
 quam mortalium extare, qui se vidisse aut audiuisse
 quid dicat, quod auspiciūm dirimere: neque au-
 gures diuinare. Romā sedentes potuisse, quid in
 castris consuli vitii obuenisset. Cui non apparere,
 quod plebeius dictator sit, id vitium auguribus vi-
 sum? Hæc, aliaque ab tribunis nequicquam iacta-
 ta: tamen ad interregnū res redit. dilatisque alia
 atque alia de causa comitis, quartusdecimus de-
 dum interrex Lucius Aemilius consules creat Cai-
 um Petilium, Lucium Papirium Mugilanum: Cur-
 forem in aliis annalibus inuenio. Eodem anno Ale-
 xandriam in Ægypto proditum conditam: Alex-
 andrumq; Epeiri regem ab exule Lucano interfec-
 tum fortis Dodonazi Louis euentu affirmasse. Ac-
 cito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caue-
 ret Acherusiam aquam, Pandosiamq; vrbum: ibi
 fatus eius terminum dari. eoq; ocius transmisit in
 Italianam, ut quam maxime procul abesset vrbe Pan-
 dosia in Epeiro, & Acherunte amni: quē ex Molof-
 fide fluentem in stagna inferna accipit Thesproti-
 us finus. Ceterum (ut ferme fugiendo in media
 fata ruitur) cum sape Brutias Lucanasq; legiones
 fudisset: Heracleam Tarentinorum coloniam, Cō-
 sentiā ex Lucanis, Sipontumq;, Brutiorum coloniā
 Acerinam, alias inde Messapiorū ac Lucanorum ce-
 pisset vrbes: & trecentas familias illustres in Epe-
 ium, quas obsidū numero haberet, misisset: haud
 procul Pandosia vrbe imminentē Lucanis ac Brutii
 finibus, treis tumulos aliquantum inter se distan-
 tes infedit: ex quibus incursionses in oīnem partē
 agri hostilis faceret: & ducentos ferme Lucanorū
 exiles circa se pro fidis habebat, ut pleraque eius

generis ingenia sunt, cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Imbres continui campis omnibus inundantes cum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio: duo praesidia, qua fine rege erant, improviso hostiū aduentu opprimuntur: deletisque eis, ad ipsius obsidionem omnes cōuersi. inde ab Lucanis exulibus ad suos nuncii misi sunt: pactoque reditu promisum est, regem aut viuum aut mortuum in potestatem daturos. Ceterum cum delectis ipse egregiū facinus ausus, per medios erumpit hostes, & ducem Lucanorum minus congressum obturcat: contrahensq; suos ex fuga palatos, peruenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aqua abstulerat, indicantem iter. quem cum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis: Iure Acheros vocaris, inquit. Quod vbi ad aures accedit regis, adiecit exempla animum fatis suis, substitutique dubius atransiret. Tum Sotinus minister ex regiis pueris, quid in tāto discrimine periculi cunctaretur interrogans, indicat Lucanos insidiis querere locum, quos vbi respexit rex procul gregē facto venientes, strigint gladium, & per medium amnem transmittit equum. Iamque in vadum egressum eminus veruto Lucanus exul transfigit. lapsum inde cum inférente telo corpus exanime detulit amnis in hostium praesidia. Ibi foeda laceratio corporis facta namque praeviso medio, partem Consentiam misere: pars ipsis retenta ad ludibrium: qua cum iaculis faxisque procul incesseretur. mulier vna ultra humanarum irarum fidem sanguenti turbā immissa, ut parumper sustinerent precata, flens ait, virum sibi liberosq; captos apud hostes esse: sperare corpore

supere regio et rumpit
cum. Iturus lacera
mitis quod membrorum
univis: offlag, Mer-
ita Specrum denelat
eterni: Olympiade
candida, foro
abstendit tristis euc
fortuna eum ab
la gelit, paucis di
fatum Romz qui
dum cubus ante pae
solende confuses null
concrec. Samnitibus
cugam aduersus Gra
vum nihil rum animo
vita. Lucani acque A
hial em diem com
item venerunt, armis
fodere ergo in
supercetiam in Sam
nitis in potentia ve
lum iniquus que agit pr
que el petulatus
allecto queque be
nam flos aedat na
cra monumentis hō
mida aliquanto int
ermitab, patibantur
misericordia, indigna lam
que precipit viribus ex
com & a Tarento & a
a familia ventura San
num maxima esse reban

corpore regio vt eumque multato se suos redem-
 pturam. Is finis lacerationi fuit, sepultumq; Con-
 sentia quod membrorum reliquum fuit, cura mu-
 lieris vnius : ossaq; Metapontum ad hostes remissa,
 inde Epeirum deuicta ad Cleopatram uxorem
 sororemq; Olympiadem: quarum mater Magni A-
 lexandri altera, soror altera fuit. Haec de Alexan-
 dro Epeirensis tristi eventu quanquam Romano
 bello fortuna eum abstinuit, tamen quia in Italia
 bella gessit, paucis dixisse satis sit. Eodem anno le-
 fraternum Romæ quinto post conditam urbem
 ildem quibus ante placandis habitum est diis. No-
 ni deinde consules iusliu populi cum misissent, qui
 indicerent Samnitibus bellum, & ipsi maiore cona-
 tua quam aduersus Græcos cuncta parabant, & alia
 noua nihil tum animo tale agitantibus acceperunt
 auxilia. Lucani atque Appuli, quibus gentibus ni-
 hil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in
 fidem venerunt, arma virosque ad bellum polli-
 centes. Fœdere ergo in amicitiam accepti. Eodem
 tempore etiam in Samnio res prospere gesta. Tria
 oppida in potestate venerunt, Allife, Callife, Ruf-
 riuum: aliisque ager primo aduentu Coss. longela-
 teque est peruersatus. Hoc bello tam prospere eō
 millo, alteri quoque bello, quo Græci obsideban-
 tur, iam finis aderat: nam praterquam quod inter-
 septis munimentis hostium pars parti abfissa erat,
 fodiaria aliquanto intra muros iis quibus hostis
 territabat, patiebantur: & velut capti a suis meti ipsi
 praesidiis, indigna iam libertis quodq; ac coniugibus,
 & que captarū viriū extrema sunt, patiebatur. Itaq;
 cum & a Tarento & a Samnitibus fama esset no-
 ua auxilia ventura: Samnitium plus quam vellent,
 intra moenia esse rebantur: Tarentinorū iuuentutē

corpora

Graci Gracos haud minus per quos Samniti Nolanoque, quam ut Romanis hostib. refiserent, expectabant. Postremo leuissimum malorum deditio ad Romanos visa. Charilaus & Nymphius principes ciuitatis communicato inter se confilio, partes ad rem agendam diuisere: ut alter ad imperatorem Romanorum transfugeret; alter subfisteret ad prebendam opportunam consilio vrbe. Charilaus fuit, qui ad Philonem venit: & quod bonum, faustum, felix Palapolitanis, populoque Romano esset, tradere se ait moenia statuisse. eo facto vtrum ab se prodata, an seruata patria videatur, in fide Romana positum esse: sibi priuatim nec pacisci quicquam, nec petere: publice petere quam pacisci magis, vt si successisset inceptum, cogitaret populus Romanus potius cum quanto studio periculoque redditum in amicitiam suam esset, quam qua stultitia & temeritate de officio decepsum. Collaudatus ab imperatore, tria millia militum ad oceupandam eam partem viribus quam Samnites insidebant, accepit: praesidio ei L. Quintius tribunus militum praepositus. Eodem tempore & Nymphius praezem Samnitium arte aggressus perpulerat, ut quoniā omnis Romanus exercitus aut circa Palapolim, aut in Samnio esset, fineret se classe circumuehi ad Romanum agrum: non oram modò maris, sed ipsi vrbi propinqua loca depopulaturum. sed vt falleret, nocte proficiscendum esset, exemploq; natus deducendas. Quod quo maturius fieret, omnis iunctus Samnitium, præter necessarium virbis praesidium, ad littus missa. Vbi dum Nymphius in tenebris & multitudine semetipsa impediens, sedulo aliis alia imperia turbans, terit tempus: Charilaus ex composito ab sociis in vrbe receptus, cum summa

summa urbis Romano milite impleset, tolli clausorē iussit: ad quem Graci signo accepto a principibus quieuerunt: Nolani per auersam partem urbis via Nolam ferente effugunt. Samnitibus exclusis ab urbe, ut expeditior in praesentia fuga, ita foedior, postquam periculo euaserunt, visa: quippe qui inermes nulla rerum suarum non relicta inter hostes, ludibrius non externis modo, sed etiam popularibus, spoliari atque egentes domos redire. Haud ignoratus opinionis alterius, qua haec proditio ab Samnitibus facta traditur: cum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est: tum foedus Neapolitanum (ed enim deinde summa rei Graecorum venit) similius vero facit ipsos in amicitiam redisse. Publio triumphus decretus, quod satis credebatur obsidione dominos hostes in fidem venisse. Duo singularia haec ei viro primum contigere, prorogatio imperii non ante in vlo facta, & acto honore triumphus. Aliud subinde bellum cum alterius ora Graecis extortum, namque cum Tarentini rem Palapolitanam vana spe auxiliis aliquamdiu sustinuerunt, postquam Romanos urbe potitos accepere, velut destituti, ac non qui ipsi destituerint, increpari Palapolitanos: ira atque inuidia in Romanos furex, ed etiam, quod Lucanos & Apulos (nam vtraque anno societas coepit est) in fidem populi Romanii venisse allatum est. quippe propemodum peruentum ad se esse: iamque in eo rem fore, ut Romani aut hostes, aut domini habendi sint. discrimen profecto rerum suarum in bello Samnitium, euenitque; eius veritateam solam gentem restare, nec eam ipsam satis validam, quando Lucanus defecit: quem reuocari adhuc, impelliq; ad abolendā societatem Romanam posse, si qua ars serēdis discordis

adhibeat. Hęc consilia cum apud cupidos rerum
nouandarū valuerint: ex iuentute quidam Luca-
norū prece asciti, clari magis inter populares
quā honesti, inter se mulētati ipsi virgis, cum cor-
pora nuda intulissent in ciuium cōrūm, vociferati
sunt se, quod castra Romana ingredi ausi essent.^a
Coff. virginis cōslos, ac prop̄ securi percussoſ effe.
Deformis suapte natura res, cum speciem iniurii
magis quam doli p̄x se ferret, concitati homines,
cogunt clamore suo magistratus senatum vocare:
& ali⁹ circumstantes concilium, bellum in Romā-
nos poscunt: alii ad concitandam in armā multitudi-
nem agrestium discurrunt: tumultuque etiam
fanos conterante animos decernunt, ut societas
cum Samnitibus renouetur, legatique ad eam rem
mittantur. Repentina res, quia quam causam nul-
lam, tam ne fidem quidem habebat: coacti a Sa-
mnitibus & obſides dare, & præſidia in loca munita
accipere, cacci fraude & ira nihil recufarunt. Diluce-
re deinde breui frous cœpit, postquam criminum
ſalforum auctores Tarentum commigrauerē: sed
amissa omni de fe potestate, nihil vltra quam
poeniteret fruſta restabat. Eo anno plebi Roma-
na velut aliud initium libertatis factum est quod
neclī desierunt. Mutatum autem ius ob vnius fo-
neratoris simul libidinem, simul crudelitatem inſi-
gnem. L. Papyrius is fuit, cui cum ſe C. Publius ob-
z alienum paternum nexum dediflet: quæ atas
formaque misericordiam elicere poterat, ad libi-
dinem & contumeliam animū accenderunt: & flo-
rē a tatis eius fructum aduentitiū erediti ratus, pri-
mo pericere adolescentem sermone incesto est
conatus: dein postquam aspernabantur flagitium
aures, minis territate, atque identidem admonere
fortunaz:

mas; poltemo cum
mentis conditions me
reverag; aſteri. Qu
miblicā poniquile,
merens forentoris
miferatione, are;
cum tua conditionis, li
ſum, aquę inde
sum & cum confide
sum vocare, in
ſumaceratum iuuenis
ſum pedes offentab
sum iniuriam vniu
ſum. Coll ferre ad pop
merus, donec po
merus tenetur: p
ſum corpus obnox
ſum in pothē, ne n
ſum per le plumb San
ſum expens Luacrom, u
ſum ſollicitos habent
ſum populus Samnitibus
ſum eo anno fermor
ſum ſanctificata, quam in public
ſum ſanctificata, nulla pitor p
ſum referunt. Et q
ſum cura patres inc
ſum neglegunt: timere
ſum impeditaque, aut be
ſum quoque ira conce
ſum gentes come abund
ſum Brignieg & Marci
ſum, omnes habendos

fortunæ: postremo cum ingenuitatis magis quam v.^e.
 præsentis conditionis memorem videret, nudari iubet, verberaq; afferri. Quibus laceratus iuuenis cum
 se in publicâ proripiisset, libidinem crudelitatemq;
 conquerens fœnatoris, ingens vis hominum cum
 etatis miseratione, atq; indignitate iniuria accen-
 sa, tum suæ conditionis, liberumque suorum respe-
 cti, in forum, atque inde agmine facto ad curiam
 concurrit. & cum consules tumultu repentina coa-
 sti, senatum vocarent, introcentibus in curiam pa-
 tribus, laceratum iuuenis tergum, procumbentes ad
 singulorū pedes ostentabant. Vixtum eo die ob im-
 potentem iniuriam vnius, ingens vinculum fidei-
 usq; Coss. ferre ad populum, ne quis, nisi qui no-
 xiam meruisset, donec poenam lueret, in compedib.
 aut in neruo teneretur: pecunia credita, bona de-
 bitoris, non corpus obnoxium esset. Ita nexi soluti,
 cautumq; in posterū, ne necterentur. Eodem anno
 cum fatis per se ipsum Samnitium bellum, & defec-
 tio repens Lueanorum, auctoresq; defectionis Ta-
 rentini sollicitos haberent patres: accessit vt & Ve-
 stinus populus Samnitibus fese coniungeret. Quæ
 res sicut eo anno sermonibus magis paſſim homi-
 num factata, quam in publico vilo cōcilio est: ita in-
 sequit anni Coss. L. Furio Camillo iterum, Junio 429.
 Bruto Secæua, nulla prior potioque viā est, de qua
 ad senatum referunt. Et quanquam noua res erat,
 tamē tanta cura patres incessit, vt pariter eam suscep-
 tam neglectamq; timerent, ne aut impunitas eorū
 lasciuia superbiaque, aut bello poenæ expetiç meru-
 propinquo, atque ira concirent finitos populos.
 Et erat genus omne abunde bello Samnitibus par,
 Mari Peligniq; & Marucini: quos, si Vettinius attin-
 geretur, omnes habendos hostes. Vicit tamen pars,
 fortuna

V.L. quæ in praesentia videri potuit maioris animi quam consiliis; sed euentus docuit fortis fortunam iuare. Bellum ex auctoritate patrū populus aduersus Vestinos iussit; prouincia ea Bruto, Samnum Camillo forte euenit. Exercitus utroq; duclī, & cura tuendorum finium hostes prohibiti coniungere arma. Ceterum alterum Cos. L. Furium, cui maior moles rerum imposita erat, morbo graui implicitum fortuna bello subtraxit; iussisq; dictatorem dicere rei gerēda causa, longe clarissimum bello ea tempestate dixit L. Papyrium Cursorē, a quo Q. Fabius Maximus Rutilianus magister equitum est dictus: par nobile rebus in eo magistratu gestis, discordia tamen qua prope ad vitium dimicantis ventus est, nobilis us. Ab altero consule in Vestinis multiplex bellum, nec usquam vario euentu gestum est. nam & perauant agros, & populando atq; vrendo tecta hostiū facta, in acie in uitios extraxit: & ita prelio uno accidit Vestinorum res, haudquā tamen incurēto militate suo, vt non in castra solū refugerent hostes, sed iā ne vallo quidem ac fossis freti dilaberentur in oppida, situ urbium in omnibusq; se defensuri. Postremo oppida quoq; vi expugnare adortus, primo Cutinā ingenti ardore militū, aut vulnerum ira, quod hand fere quisquam integer prelio excesserat, scalis cepitis deinde Cingiliā, utriusq; urbis p̄dā mīlitib⁹, quod eos neque portæ, neque muri hostium arcuerant, concessit. In Samnum incertis itum auspiciis est: cuius rei vitium, non in belli euentum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorū vertit. Namque Papyrius dictator a pullaris monitus, cum ad auspiciū repetendum Romanam proficeretur, magistro equitum denunciat, vt se loco teneret, neu absente secum hoste manum confec-

consereret. Fabius cum post profecionem dictato-
ris per exploratores comperisset: perinde omnia so-
luta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio
esset: seu ferox adolescens indignitate accensus,
quod omnia in dictatore viderentur reposita esse:
seu occasione bene gerenda rei inductus, exercitu
instruendo paratoq; prefectus ad Imbrinium (ita vo-
cant locum) acie cum Samnitibus confixit. Ea fortu-
tina pugne fuit, vt nihil relictum sit, quo si affuisset
dictator, res melius geri potuerit. non dux militi,
non miles duci defuit. eques etiam auctore L. Co-
minio Tribuno militum, qui aliquoties impetu cap-
ro perrumpere non poterat hostium agmen, de-
traxit frenos equisatq; ita concitatos calcarib. per-
misit, vt sustinere eos nulla vis posset. Per arma, per
viros late stragè dedere. Secutus pedes impetu equi-
tu, turbatis hostibus intulit signa. Viginti millia ho-
stium cæsa eo die traduntur. Auctores habeo, bis cū
hoste signa collata dictatore absente, bis rem egre-
gie gestam. Apud antiquissimos scriptores vna hæc
pugna inuenitur. In quibusdam annalibus tota res
pratermissa est. Magister equitum, vt ex tanta cede-
m multis potitus spoliis, congesta in ingentem acer-
uum hostilia arma subditu igne concremauit: seu
votum id deorum cuiquam fuit: seu credere libet
Fabio auctore factum, ne sua gloria fructum dicta-
tor caperet, nomenque ibi scriberet, aut spolia in
triumphum ferret. Literæ quoque de re prospere
gesta, ad senatum, non ad dictatorem missæ, argu-
mentum fuere minime cum eo communicantis
laudem. Ita certe dictatori id factum accepit, vt lat-
is aliis victoria parta præ se ferret iram, tristitia-
m. Misso itaque repente senatu, se ex curia pro-
ripuit: tum vero non Samnitium magis legiones,

quam maiestatem dictatoriam, & disciplinam militarem a magistro equitum vietam & euersem dictans, si illi impune spretum imperium fuisset. Itaque plenus minarum: iraque profectus in castra cum maximis itineribus islet, non tam en pruenire famam aduentus sui potuit. Precurrerant enim ab urbe, qui nunciaarent dictatorem audiun poena venire, alternis pene verbis T. Manlii facta laudantem. Fabius cōcione extemplo aduocata, obtestatus milites est, ut qua virtute Rem publica ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se, cuius ductu auspicioque vicissent, ab impotenti crudelitate dictatoris tutarentur. Venire amentem inuidia, irā viruti aliena felicitatiq; furere, quod se absente Res publica egregie gesta esset: malle, si mutare fortunam posset, apud Samnites quam Romanos victoriam esse. imperium dictare spretum, tanquam non eadem mente pugnari vicerit, qua pugnacum doleat: & tunc inuidia impedire virtutem alienam voluntate, cupidissimisq; arma ablaturum fuisse militibus, ne seabsente moueri possent: & nunc id furere, id agre pati, quod sine L. Papyrio non iuermes, non manci milites fuerint, quod se Q. Fabius magistrum equitum duxerit, ac non accensum dictatoris. Quid illum facturum fuisse, si quod belli casus ferunt, Marci; communis, aduersa pugna euenisset, qui sibi deuictis hostibus, Res publica bene gesta, ita vt nō ab illo unico duce melius geri potuerit, supplicium magistro equitum, & tunc victori minetur? Neque illum magistro equitum infestiore, quam tribunis militum, quam centurionibus, quam militib. esse: si posset, in omne saeuiturum fuisse: quia id nequeat, in unum saeuire: etiam inuidiam tanquam ignem summam petere: in caput cōsilii, in ducem incurrere.

Sic

L 11
Final cum gloria
cum velut in capo
colleterit in magis
un' rotonde ad effigie
a confusum ex
in tuenda victor
bus cura esse in inde
centiam animum
allorum fidē virtutis
consecrationis et roris, se
nam illi via alla
Hand in multo pa
templo ad concion
apico Q. Fabium
mūlū ex inferiori
tus Quero, in quo
non dictatoris fi
prophetas, praetores
accrui, ac quum cer
dicio aduentem
in me centris auspic
in multi turbatis re
committenda fu
dubius dis agerem
quim pedimenta ad
magister equitum f
iquid ego hanc inter
cūmen tibi ad v
cūtingenda tua feni
praeuincire te qui
seminne figura
impedit meo spret
gabibus, aduersus
magis maiorum, & n

Si se simul cum gloria rei gestæ extinxisset, tunc vi-
etorem velut in capto exercitu dominantem, quic-
quid licuerit in magistro equitum, in militibus au-
surum. Proinde ad eis in sua causa omnium liber-
tati. si consensum exercitus eundem, qui in prælio
fuerit, in tuenda victoria videat, & salutem vnius o-
mnibus cura esse inclinaturum ad clementiorem
sententiam animum. postremo se vitâ fortunasq;
eas illorum fidei virtuti que permittere. Clamore
tota concione ortus, vt bonum animum haberet:
ne minem illi vim allaturum saluis legionibus Ro-
manis. Haud multo post dictator aduenit: classicoq;
exemplo ad concionem aduocauit. Tum silentio
facto, p̄co Q. Fabium magistrum equitum citauit.
qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit, tum
dictator: Quapropter, inquit, de te Q. Fabi, cum summum "
imperium dictatoris sit, pareantque ei consules, re- "
gia potestas, prætores iisdem auspiciis, quibus Con- "
sules, creati, & quum censeas nec ne, magistrum equi- "
tum dicto audientem esse? Itemq; illud interrogo,
cum me inceris auspiciis profectū ab domo scirem, "
vtrum mihi turbatis religionibus Respub. in discri- "
men committenda fuerit, an auspicia repetenda, ne "
quid dubiis diis agerem? Simul illud, quæ dictatori "
religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num "
ea magister equitum solitus ac liber potuerit esse? "
Sed quid ego hæc interrogo: cum si ego tacitus ab- "
isse, tamen tibi ad voluntatis interpretationem, "
meq; dirigenda tua sententia fuerit. Quin tu respon- "
des, vetuerimne te quicquam rei me absente age- "
re? vetuerimne signa cum hostibus conferre? quo- "
tu imperio meo spreto, incertis auspiciis, turbatis "
religionibus, aduersus morem militarem, discipli- "
namque maiorum, & numen deorum ausus es cum "

••• hoste configere? Ad hæc, quæ interrogatus es, re-
 sponde: extra ea caue vocem mittas. Accede lictor.
 Aduersus quæ singula Q. Fabio cum responderet
 haud facile esset, & nunc quereretur cundem accusa-
 torem capitis sui, ac iudicem esse: modo vitam si-
 bi eripi citius quam gloriam rerum gestarum posse
 vociferaretur: purgaretque se iniuciem, atque ultro
 accusaret: tunc Papyrius redintegrata ira spoliari
 magistrum equitum, ac virgas & secures expediti
 iussit. Fabius fidem militum implorans, lacerantib.
 vestem lictoribus, ad triarios tumultum iam in con-
 cionem miscentes se se recepit. inde clamor in totam
 concionem est perlatus: alibi preces, alibi minæ au-
 diebantur. Qui proximi forte tribunal steterant,
 quia subiecti oculisi imperatoris noscitar poterant,
 orabant ut parceret magistro equitum: neu cum eo
 exercitum damnaret. Extrema concio, & circa Fa-
 bium globus increpabat inclemtem dictatorem:
 nec procul seditione aberant. Ne tribunal quidem
 satis quietum erat. Legati circumstantes sellam, o-
 rabant ut rem in posterum diem differret, & ira sua
 spaciun, & consilio tempus daret: satis castigatum
 adolescentiam Fabii esse: satis deformatam victo-
 riæ: ne ad extremæ finem supplicii tenderet: neu
 unico iuueni, neu patri eius clarissimo viro, neu Fa-
 bia genti eam inureret ignominiam. Cum parum
 precibus, parum causa proficerent: intueri sauien-
 tem concionem iubebant: ita irritatis militum ani-
 mis subdere ignem, ac materiam seditionis, non esse
 ætatis, non prudentia eius: neminem id Q. Fabio
 penam deprecanti suam vitio versurum, sed dicta-
 tori: si occæcatus ira infestam multitudinem in se
 prauo certamine mouisset. Postremo ne id se gratie
 dare Q. Fabii crederet, se iusurandum dare paratos
 esse,

His videtur illi vo-
 ter dictatorem, qua-
 mum de tribunali
 quequam per pra-
 dictum alium nec
 tamen vos audiret
 tamen fecit. Ma-
 gister, cum omni
 exercitum agit
 statimque, clare
 autore & M. Fa-
 bientem, vocato ex
 quæretetur apud
 omnis, repente fit
 amonutum audi-
 psum competit
 ratio equitati secu-
 le pedendi Papy-
 rianus primorum
 perfacti in inci-
 ionem M. Fabius: Quæ
 tacticas senan-
 tis, nec virtus nobis
 nominari valeret
 magare, quæ deo-
 spello, & proua-
 gen exercitus in
 unum, qui cerre
 erat, polloque, vi-
 aci rex Romanis
 in concionem in
 omni agmine p-
 alens, decendit, de-

esse, non videri e Repub. in Q. Fabium eo tempore
animaduerti. His vocibus cum in se magis incita-
xent dictatorem, quam magistrum equitum pla-
rent, iussi de tribunal descendere legati: & silentio
nequequam per praconem tentato, cum præ stre-
pitum ac tumultu nec ipsius dictatoris, nec apparito-
rum eius vox audiretur, nos velut in prælio certa-
mini finem fecit. Magister equitum iussus postero
die adesse, cum omnes affirmarent infestius Papy-
rium exarsurum agitatum contentione ipsa ex-
cerbatumque, clam ex castris Romam profugit: &
patre auctore & M. Fabio, qui ter jam Cos. dictator
que fuerat, vocato extemplo senatu, cum maxime
conquereretur apud patres vim atque iniuriam di-
tatoris, repente strepitus ante curiam lictorum
submoventium auditur: & ipse infensus aderat,
postquam comperit profectum ex castris, cum ex-
pedito equitat secutus. Iterata deinde contentio
est: & prehendi Papyrius Fabium iussit ubi eum de-
precantibus primoribus patrum, atque viuens se-
natur, perstaret in incepto immidis animus: tum
pater M. Fabius: Quandoquidem, inquit, apud te
nec auctoritas senatus, nec ætas mea, cui orbitatem
paras, nec virtus nobilitasque magistri equitum a te
ipso nominati valet: nec preces, quæ sape hostem
mitigauerit, quæ deorum iras placant: tribunos ple-
bis appello, & prouoco ad populum: eumq; tibi fu-
gienti exercitus tui, fugienti senatus iudicium, iudi-
cem fero, qui certe vnu plus quam tua dictatura
potest, possetque, video cessurafne prouocationi
fis, cui rex Romanus Tullius Hostilius cessit. Ex cu-
ria, cui in concionem itur, quo cum paucis dictator,
cum omni agmine principum magister equitum
cum ascendisset, deduci cum de rostris Papyrius ix

partem inferiorem iussit. Secutus pater: Bene agis, inquit, cum eo nos deduci iussisti, vnde & priuati vocem mittere possemus. Ibi primo non tam perpetuae orationes quam altercatio exaudiebantur. Vicit deinde strepitum vox & indignatio Fabii senis, increpantis superbiam crudelitatemq; Papirii: se quoque dictatorem Romæ fuisse, nec a se quenquam ne plebis quidem hominem, non centurionem, non militem violatum. Papirium tanquam ex hostiis ducibus, sic ex Romano imperatore vitoriam & triumphum petere. Quantum intercesseret inter moderationem antiquorum, & nouâ superbiam crudelitatemq; dictatorem Quintum Cincinnatum in L. Minucium Col. ex obsidione ase exceptum non ultra fuisse, quam ut legatum eum ad exercitum pro Consule relinqueret. M. Furium Camillum in L. Furio, qui contempta sua sejecture & auctoritate foedissimo cum euentu pugnasset: non solum in praesentia moderatum ira esse, ne quid de collega fecus populo aut senatu scriberet: sed cum reuertisset, potissimum ex tribunis cōsularibus habuisse, quem ex collegis optione ab senatu data locum sibi imperii delegerit. Nā populi quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem vñquam atrociorem fuisse in eos, qui temeritate atq; inscitia exercitus amisissent, quam ut pecunia eos multaret: capite anquiritum ob rē bello male gestam de imperatore nullū ad eam diem esse: nūc ducibus populi Romani, quæ ne victis quidem bello fas fuerit, virgas & secures vitoribus, & iustissimos meritis triumphos intentari. Quid enim tandem passurum fuisse filium suum, si exercitum amisisset: si fusus, fugatus, castris exutus fuisse: quo ultra iram violentiamque eius excessuram fuisse, quam

quam ut verberaret; necaretq;? Quam conueniens
 elle, propter Q. Fabium ciuitatem in latitia, victo-
 ria, supplicationibus, ac gratulationibus esse: cum
 propter quem deum delubra pateant, aræ sacrificiis
 fument, honore, donis cumulentur. nudatum virgis
 lacerari in conspectu populi Romani, intuentem
 Capitolum atq; accem, deofoq; ab se duobus preliis
 haud frustra aduocatos? Quo id animo exercitum,
 qui eius ductu auspicisq; vici set, latum? Quem
 luctum in castris Romanis, quam letitiam inter ho-
 stes fore? Hæc simul iurgans, querens, deum homi-
 numque fidem obtestans, & complexus filium plu-
 rimis cum lacrymis agebat. Stabat cum eo senatus
 maiestas, fauor populi, tribunitium auxilium, me-
 moria absentis exercitus. Ex parte altera imperium
 inuictum populi Romani, & disciplina rei militaris,
 & dictatoris edictum pro numine semper obserua-
 tum, & Manliana imperia, & posthabita filii chari-
 tas publicæ vtilitati iactabantur. Hoc etiam L. Bru-
 tum conditorem Romana libertatis ante in duo-
 bus liberis fecisse. nunc patres comes, & senes faci-
 les de alieno imperio spreto tanquam rei parva di-
 sciplinæ militaris eueræ iuuentuti gratiam facere:
 se tamen perstaturum in incepto: nec ei qui aduersus
 dictum suum turbatis religionibus, ac dubiis au-
 spicis pugnasset, quicquam ex iusta pena remissum.
 Maiestas imperii perpetua ne esset, non esse in
 sua potestate: L. Papirium nihil de eius iure dimi-
 nuturum, optare ne potestas tribunitia inuisiata i-
 pia violet intercessione sua Romanum imperium:
 neii populus Romanus in se potissimum dictatore
 & ius dictaturæ extinguat. Quod si fecisset: non L.
 Papyrium, sed tribunos, sed prauum populi iudicium
 nequicquam posteros accusaturos: cum polluta se-
 quam

mel militari disciplina non miles centurionis, non
 centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus
 Consulis, non magister equitum dictatoris pareat
 imperio: nemo hominum, nemo deorum verecundi-
 am habeat: non edita imperatorum, non auspi-
 cia obseruentur: sine eommeatu vagi milites in pa-
 cato in hostico erent, immemores sacramenti, li-
 centia sola se vbi velint exauctorent: infrequentia
 deserant signa: neque conueniant ad edictum: nec
 discernant, interdiu nocte, a quo iniquo loco, iussu
 iniussu imperatoris pugnant: & non signa, non or-
 dines seruent: latrociniū modo cæca & fortuita, pro
 solenni & sacrata militia sit. Horum extimū vos
 reos in omnia secula offerte tribuni plebis: vestra
 obnoxia capita pro licentia Q. Fabii obiuite. Stupē-
 tes tribunos, & suam iam vicem magis anxios, quā
 eius, cui auxilium ab se petebatur, liberauit onere
 consensu populi Romani ad preces & obtestatio-
 nem versus, vt sibi pœnam magistri equitum dicta-
 tor remitteret. Tribuni quoq; inclinatam rē in pre-
 ces subsecuti, orare dictatorem insistunt, vt veniam
 errori humano, veniam adolescentię Q. Fabii daret;
 satis eum pœnarū dedisse iam ipse adolescentis, iam
 pater M. Fabius contentionis oblitus, procumbere
 ad genua, & iram deprecari dictatoris. Tum dicta-
 tor silento facto: Bene habet, inquit, Quirites. Vicit
 disciplina militaris: vici imperii maietas: quā in
 discrimine fuerunt, an vīla post hanc diem effent.
 Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum
 imperatoris pugnauit: sed noxæ damnatus, dona-
 tur populo Romano: donatur tribunitia potestati,
 precarium non iustum auxilium ferenti. Viue Q. Fa-
 bi, felicior hoc consensu ciuitatis ad tuendum te,
 quam qua paulo ante exultabas victoria. Viue id sa-
 cinus

cinctus auras, cuius tibi ne parens quidem, si eodem
 legari, non legata
 un dicitur, gen
 o deorum vocan
 torum, non u
 uagi milites a
 ores sacrament
 ent infrequen
 t ad eodium loc
 o iniquo loco, ut
 x non legit, nec
 exca de territur
 oram ciminetu
 culani plebis ref
 Fabii obducit. Sup
 in magistris ann
 iatur, liberum om
 pres & obsec
 githi equum ali
 dicinatum est. In
 infinitus venia
 scensit Q. Fabius.
 ipse solideret, in
 oblitio, procam
 dictatoris. Tandis
 inquin. Quibus ver
 ent maiestatis qua
 sit hanc alienam esse
 s, qui contra eadem
 ux damnum de
 tribuitur potest
 im ferenti. Vnde Q.
 tatis ad rictum, q
 uas videntur. Vnde al
 ita in
 struit aciem loco, ac subsidiis, ita omni arte bellica

P.C. firmauit. Cessatum a milite : ac de industria , ut ob-
trectaretur laudib. ducis, impedita victoria est. Plu-
res Samnitum cecidere : plures Romani vulnerati
sunt. Senxit peritus dux quae res vitoriae obtinat:
temperandum ingenium suum esse, & seueritatem
missendam comitati. itaq; adhibitis legatis, ipse cir-
cum saeucios milites inferens in tentoria caput , sin-
gulos ut sese haberent rogitanos , curam corum no-
minatim legatis tribunisq; & praefectis demanda-
bat, rem per se popularem ita dexter egit, ut mede-
dis corporibus animi multo prius militum imperato-
ri reconciliarentur: nec quicquam ad salubritatem
efficacius fuerit, quam quod grato animo ea cura
accepta est. Refecto exercitu cum hoste congressus
haud dubia spe sua militumq; ita fudit fuganique
Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi signa
cum dictatore fuerit. Incessit deinde qua duxit pra-
de: spes vitor exercitus: perlustrauitque hostium
agros, nulla arma, nullam vim nec apertam nec in-
fidis expertus. Addebat alacritatem, quod dictator
prædictum omnem edixerat militibus: nec ira magis
publica, quam priuatum compendium in hostem a-
cuebat. His cladib. subacti Samnites, pacem a dicta-
tore petiere : cum quo pacti, ut singula vestimenta
militibus, & annum stipendum darent: cum ire
ad senatum iussi essent, fecuturos se dictatorem re-
sponderunt, ynius eius fidei virtutiq; causam suam
commendantes. ita deductus ex Samnitib. exercitus.
Dictator triumphans urbem est ingressus, & cu-
se dictatura abdicare vellet, iussu patrum prius quæ
abdicaret. Coss. creauit C. Sulpicium Longum iteru:
Q. Æmilium Cretanum. Samnites infecta pace, quia
de conditionibus agebatur, inducias annuas ab yr-
be retulerunt. nec carum ipsorum sancta fides fuit:

ad eo

deo postquam Papyrium abiisse magistratu nunciatum est, arresti ad bellandum animi sunt: C. Sulpicio, Q. Aemilio (Aulum quidam annales habent) Consulibus, ad defectionem Samnitium Apulum nouum bellum accepit. Vtque exercitus missi. Sulpicio Samnites, Apulis Aemilio forte euenerunt. Sunt qui non ipsis Apulis bellum illatum, sed socios eius gentis populos ab Samnitium vi atque iniuriis defensores scribant. Carterum fortuna Samnitium vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum, propius ut sit vero, factum non Apulis ab Samnitibus arma illata, sed cum vtrahinc simul gente bellum Romanis fuisse. Nec tamen res nulla memorabilis acta: ager Apulus, Samniumque euastatum: hostes nec hic nec illie inueniti. Roma nocturnus terror ita ex somno trepidam repente ciuitatem excivit, ut Capitolum atque arx, moniaque & portae plena armatorum fuerint. & cum concursatum conelamatumque ad arma omnibus locis esset: prima luce nec auctor, nec causa terroris comparuit. Eodem anno de Tusculanis Flavia rogatione populi fuit iudicium. M. Flavius Trib. pleb. tulit ad populum, ut in Tusculanos animadueteretur, quorum ope ac consilio Veliterni Priuernatesque populo Romano bellum fecissent. Populus Tusculanus cum coniugibus ac liberis Romanum venit: ea multitudine vespe mutata, & specie rerum tribus circuit, genibus se omnium adoluens. Plus itaque misericordia ad poenam veniam impetratam, quam causa ad crimen purgandum valuit. Tribus omnes, preter Polliam, antiquarunt legem. Pollia sententia fuit, puberes verberatos necari: coniuges liberosque sub corona lege belli venire: memoriamque eius ira Tusculanis in poenam tam atroci auctoribus mansisse ad patrum statum constat: nec quen-

quam ferme ex Pollia tribu candidatum Papyriam
 ferre solitum. In sequenti anno Q. Fabio, L. Fulvio
 Coss. A. Cornelius Aruina dictator, & M. Fabius Ambustus,
 magister equitū metu grauior in Samnio
 belli (cōducta enim prece a finitimis iuuentus di-
 cebatur) intentiore delectu habitu, egregium exer-
 citū aduersus Samnites duxerunt. Castra in hostico
 incuriose ita posita, tanquam procul abesse hostis:
 cum subito aduenere Samnitum legiones tanta fer-
 ricia, ut vallum vsq; ad stationem Romanam infer-
 rent. nox iam appetebat: id prohibuit munimenta
 adoriri: nec disimulabant orta luce postero die fa-
 cturos. Dictator vbi propiorem spe dimicacionē vi-
 dit: ne militum virtuti damno locus esset, ignibus
 crebris relictis, qui cōspectum hostiū frustarentur,
 silentio legiones educit: nec tamen failere propter
 propinquitatem castrorū potuit. eques exemplo
 infescutis, ita institit agmini, ut donec luceceret,
 prælio abstineret. nec pedestres quidem copia ante
 lucem castris egressi. Eques luce demū autus incur-
 sare in hostem, carpendo nonissimos, premendoq;
 iniquis ad transitum locis, agmen detinuit. interim
 pedes equitem affecutus: & totis iam copiis Samnis
 vrgebat. Tum dictator postquā sine magno incom-
 modo progredi nō poterat, eum ipsum in quo con-
 siderat locū castris dimicari iussit. Id vero circum-
 fuso vndiq; equitatū, ut vallum peteretur, opusque
 inciperet, fieri non poterat. Itaque vbi neq; eundi,
 neq; manendi copiā esse videt: instruit aciem, im-
 pedimentis ex agmine remotis. instruunt cōtra &
 hostes, & animis & viiib. pares. Auxerat id maxime
 animos quod ignari loco iniquo non hodi cœlum,
 velut fugientes ac territos terribiles ipsi fecuti fue-
 rant. Id aliquandiu aquavit pugnam, iam pridem
 defuncto

desueto Samnitæ clamorë Romani exercitus pati.
 At hercule illo die ab hora diei tertia ad octauam ita
 ances dicitur certamen stetisse, ut neque clamor, ut
 primo semel concurso est sublatus, iteratus sit: neque
 signa promota loco, retrove recepta, neque recursum
 ab villa sit parte. In suo quisque gradu obnixi, virgin-
 tes scutis sine respiratione ac respectu pugnabant.
 fremitus et qualis, tenorque idem pugnae in desfatiga-
 tionem vltimam, aut noctem spectabat. iam viris vi-
 res, iam ferro sua vis, iam consilia ducib. deerant: cu
 subito Samnitium equites cum turma via longius
 profecta accepissent impedimenta Romanorum,
 procul ab armatis sine praesidio, sine munimento fra-
 te, auditide præda impetum faciunt. Quod vbi di-
 stator trepidus nuncius atulit: Sine modo, inquit,
 sepe præda præpediant. Alii deinde super alios diri-
 pi passim, ferrisque fortunas militum vociferabantur.
 Tum magistro equitum accito: Vides tu, inquit, M. Fabi,
 ab hostium equite omissem pugnam? hærent
 impedita impedita nostris: aggredere (quod in-
 ter prædandum omnium multitudini evenit) dissipatos:
 rato equis infidentes, rato quibus ferrum in manu
 sit, inuenies: equosque dum præda onerat, cede inermes:
 eruantque illis prædam redde. Mihi legiones, pedi-
 tumque; pugna curè erunt: penes te equestre sit decus.
 Equitum acies qualis que esse instructissima potest, in-
 uicta in dissipatos impeditosque; hostes cede omnia
 ceperit. Inter sarcinas omissem repente, obiacetes pe-
 dib. fugientium cōsternatorumque; equorum neque pugnae,
 neque fuga latissime potentes ceduntur. Tum delete prope
 equitatu hostium, M. Fabius circumductis paululam alia
 ab tergo pedestre acie adoritur. Clamor inde nouus
 accidens et Samnitium animos terruit: & dictator
 vbi respectantes hostium ante signanos, turbataque

signa, & fluctuantem aciem vidit: tum appellare, tum adhortari milites, tribunos, principesque ordinum nominatim ad iterandam secum pugnam vocare. Nouato clamore signa inferuntur, & quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. Eques ipse iam primum erat in conspectu: & Cornelius respiciens ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, montrabat: vexilla se suorum, parmasq; cernere equitum. Quod vbi auditum, simulq; visum est: adeo repente laboris per diem pene totum tolerati, vulnerumq; obliti sunt, vt hand securus quam si tum integre castris signum pugnæ accepissent, concitauerint se in hostem. nec ultra Samnitium tolerare terrorem equitum, peditumque vim potuit: partim in medio cesi, partim in fugam dissipati sunt. Pedes restantes ac circumuentos cecidit: ab equite fugientium strages est facta: inter quos & ipse imperator cecidit. Hoc demum prælium Samnitium res ita infregit, vt omnibus cœciliis fremerent, minime id quidem mirum esse, si impio bello, & contra fœdus suscepto, infestiorib. merito diis quam hominibus nihil prospera gerent: expiandum id bellum magna mercede luendumq; esse, id referre tantum, utrum supplicia noxio paucorum, an omnium innoxio prœbeat sanguine, audebantque iam quidam nominare autores armorum, unum maxime nomine per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur. Vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. de eo coacti referre prætores decreatum fecerunt, vt Brutulus Papius Romanis dedetur: & cum eo præda omnis Romana, captiuique ut Romanam mitterentur: quæque res per foeciales ex fœdere repetita essent, secundum ius fasque restituuerent.

DECADIS

Ep